

310 I II
55

Handwritten text on a lined page, mostly illegible due to high contrast and noise. The text appears to be organized into several lines, possibly representing a list or a series of entries. Some faint characters and symbols are visible at the top of the page.


In officio Jacobi fimer usque curie monach vicary generalis monasterii & madori amptem
scribitur indico ipso ubi quatuor peris dicit magis op mandare dicit deo regno et imperio
bona Lambert de fona fudoma fup hinc et post deo honor Jacobi d'ctas monachos in ville
& quocumq; dicitur ad fupradictos dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur
conventus monasterii quia propter dies minus eadem fecerit retarone die secundo
mensis Septembris Anno d'ni M ccc lxxviii

44 - 5

De dei potentia incipit tractatus ad
Paulum Papam. II. compilatus per. F.
Cardinalem sancti Petri ad Vincula.

OVia plerique sunt hac nostra tempestate
Beatissime ac Sanctissime pater qui
in infinitam dei potentiam contra ipsius
dignitatem simul & immensitatem certis
friolis rationibus artate contendunt:
eaque sub certa determinataque mensura
concludere non formidant: asserentes deum omnipotentem
nec ludam neque aliquem blasphemum posse saluare: si-
militer neque Petrum aut saluatorum quempiam danare:
Et cum multi doctores theologi & quidem clarissimi
oppositum rationabiliter asseuerent: non uerentur illos
hereticos de suorum ingenio nimium presumentes ap-
pellare: quorum opinionem obuiare cupientes ac dei omni-
potentiam ut tenemur extollere & amplificare: et denique
doctores illos clarissimos in sua opinione tueri: premit-
temus aliqua eorum fundamenta: ex quibus ueritas
suarum conclusionum apparet: simul & leuitas rationum
earum que contra ipsos per eorum aduersarios comu-
niter adducuntur.

Duplex est dei potentia ut theologi dicunt. quare
alteram ordinatam uocant: secundum quam deus
potest conformiter agere legi ab eo institute. aliam
uero absolutam nominant: qua agere potest deus
omnipotens preter legem aut contra legem ab eo
institutam.



Omnipotens deus est agens per intellectum et uoluntatem: quod nulli legi subicitur: immo in ipius potestate simul est lex & legis rectitudo. ita qd lex ipsius ideo dicitur recta: quia ab eo instituta. Intellectus namq; diuinus offert diuine uoluntati legē: utputa glorificandus est prius gratificandus. Aut finaliter moriens in peccato mortali est damnandus: & in gratia decedēs saluāndus que lex si diuine placet uoluntati recta est: si uero non placet in inime. Volūtas enim diuina ex Augustino de trinitate est prima causa: & per consequens regula prima a nulla priori regulabilis. Quoniā si aliqua talis esset a qua dei uolūtas regularetur: potissimum esset diuinus intellectus. quod non uidetur rationaliter posse dici: eo qd intellectus diuinus est naturalis potentia: & per cōsequēs ex se necessario operatiua atq; determinata ad unum: cum natura semper ex se ad unum determinetur. idcirco si regularet uoluntatem: eā necessario regularet: ac ad unum dirigeret: & ita nulla res potuisset aut posset aliter fieri q̄ facta sit: nisi dei uolūtas irregularata fieret. Nec deus posset melius facere id quod facit aut fecit: nisi irregularate. nec posset aliud facere q̄ fecit aut facit nisi irregularate: neq; posset aliquid eorū pr̄termittere quę fecit aut facit nisi irregularate: cum in us omnibus dei uolūtas ab intellectu necessario & naturaliter regularetur: & per cōsequēs uolūtatē a tali regula discedere nil aliud esset q̄ eā irregularatam fieri. Ex quibus sequeretur quorūdam hereticorū opinio affirmantiū predicta incōueniētia

quam Magister sententiarum in primo libro de quādraginta materia distinctione modis varijs impugnat.

Quod autē deus sit agens nō subiectum legi probatur: quoniam nō est dicendū qd subicitur legi humane: cum id dicere sit eius imperio ac maiestati indignitatē tribuere. Similiter neq; subicitur legi diuine siue legi nature ab eo institutę: quoniam non minoris dignitatis est deus: immo ī infinitum maioris q̄ sint principes mortales: utputa Papa & Imperator. Sed constat qd ij principes mortales nō subiciunt legibus ab ipsis institutis. Papa namq; nō obligat statuto suo: similiter nec Imperator: ut in glosa super capitulo canonum de constitutionibus libro primo.

Agens per intellectum & uoluntatem legi non subiectum: & in cuius potestate existit lex & legis rectitudo: cuiusmodi est deus immensus & gloriosus: ut probatum est nō pōt nisi ordinate & recte agere: quoniam semper conformiter agit alicui legi ab eo condite & institutę: & p̄ consequens legi recte: igitur semper ordinate & recte agit & si non semper eodē & consimili uel in ordine ad eandē legē. Agens uero p̄ intellectū & uoluntatem legi subiectum: & in cuius potestate non est lex aut legis rectitudo: non potest ordinate & recte agere: nisi conformiter agat legi recte institutę. si uero cōtra aut p̄ter illam legē operaretur tunc ī ordinate ageret.

Quium seu peccatum dupliciter apud theologos accipi consuevit. Primo modo formaliter: seu secundum esse formale: & sub ratione mali: quod

esse formale nil aliud est: q̄ esse cōtra dei legem aut
ip̄ius p̄ceptum: ut ait Augustinus describēdo pec-
catum cū dicit. Peccatū est omne dictum aut factū
seu concupitū contra legem dei. Vel peccatū ē uo-
luntas retinendi uel consequendi quod iustitia uetat.
id est deus: qui est ip̄ia iustitia. Ambrosius etiam in
libro de paradiso ait. Quid est peccatum nisi p̄ua-
ricatio legis diuine: & celestiu iobediētia p̄cepto-
rum. Vbi dicit Magister sententiarum. In p̄uari-
cante peccatum est: sed in mandante culpa non est.
Secundo uero modo accipitur malum seu peccatū
materialiter: pro actu scilicet illo in quo fundatur id
esse formale peccati: scilicet auersio illa a dei p̄cepto
siue diuina lege. qui actus semper haberet in se id eē
formale peccati & mali: nisi fieret diuino p̄cepto: h̄s
habitus formatur aliq̄ cōclusiones de mente illorū
doctorum. prima quarum est hęc. Deus per nullam
ip̄ius potētiam potest p̄cipere seu acceptare malū
formaliter sumptū: scilicet sub ratione mali: & scdm
q̄ est contra eius legē quod probatur sic. Quia deus
nō potest facere q̄ una & eadem uoluntas simul me-
reatur & demereatur: cum istud implicet contradic-
tionē. sed si tale malū p̄cipere aut acceptaret: tūc
uoluntas eadem illud operādo mereret: quia diuinū
p̄ceptū ipleret: & illud idem faciendo demereret: q̄
cōmitteret malū formaliter cōtra legem aut dei p̄-
ceptum opando. Idem quoq̄ actus simul & semel eēt
cōtra dei legē & scdm legē dei: & ita nō cōtra legē:
q̄ implicat cōtradictionē. Ex qua cōclusionē sequit̄:

q̄ deus nō potest p̄cipere aut acceptare blasphemā
siue aliquod aliud peccatū. ut blasphemā: siue aliquod
aliud peccatum. sumūtur formaliter: & ut sunt actu
contra diuinā legē siue dei p̄ceptum. similiter nec
acceptare potest blasphemū aut aliud peccatōrē: ut
scilicet facit actu contra dei p̄ceptum seu diuinā
legem. Secunda cōclusio. Deus per absolutā ip̄ius
potentiā potest p̄cipere siue acceptare malū ma-
terialiter: quod scilicet esset malum formaliter nisi a
deo acceptaretur siue p̄ciperetur. probat̄. Quoniam cū
deus sit agens liberum: in cuius potestate est lex ac
legis rectitudo: potest condere aliam legē diuersam
a lege p̄instituta: que utiq̄ lex iusta esset: q̄a ab eo
cōdita. p̄pter quod id qd respectu primę legis erat
formaliter malum: quia contra diuinū p̄ceptum in
ordine ad legē scdm instituta: q̄ iusta esset & recta q̄a
a deo condita esset: bonum & meritorium ac deo ac-
ceptū: id esset siue fuisset materiale mali seu pecca-
ti formaliter sumptū in ordine ad primam legē. Que
cōclusio cōfirmat̄ multis exemplis sacre scripturę:
P̄cepit namq̄ deus. Osee: ut sibi assumeret uxorem
fornicariā: ac p̄crearet sibi filios fornicationis: q̄a
certe fuisset formaliter malum nisi factū fuisset p̄-
cepto diuino. Itē p̄cepit deus Habrap ut immolaret
Isaac filium suum innocentē: q̄a si Habraam egisset nō
deliquisset: sed magis meruisset: adimplendo diuinū
p̄ceptum. tamē id fuisset malum formaliter: si p̄ter
diuinū p̄ceptū factū fuisset. Itē p̄cepit dominus
filia Israel: ut furarentur uasa argentea egyptiorum:

diffinitio peccati
p̄ Augustinum

aliter diffinitio peccati
p̄ Ambrosium

quod dicitur in
genesi: quod dicitur
in genesi

Item Sanson diuino p̄cepto ut dicit̄ & creditur: se ipsum cum multis aliis occidit. Item Iacob mentitus est patri suo cum dixit ego sum Esau primo genitus tuus. Item Iudith ut interficeret Olofernem populumq; dei liberaret multa mendacia dixit: que omnia fuissent peccata formaliter: nisi diuino p̄cepto facta fuissent. & sic patet cōclusio. Itē non minoris potestatis est deus q̄ seculi huius p̄cipes: q̄ possent legē condere: de p̄bendo p̄mia illis: qui ipsos blaffemāt quorū lex iusta esset: si in eorum potestate esset talis lex. Ex q̄bus seq̄t̄: q̄ deus de sua absoluta potētia p̄t p̄cipere blaffemiam: illaq; acceptare ad uitā. similiter & blaffemū: sumēdo blaffemiā materialiter. similiter & alium peccatorē: sumēdo eius peccatum materialiter. q̄a talia tūc nō essent peccata cū nō essent cōtra dei legem. immo essent meritoria qua legi dei conformia: que iusta esset: ut patet ex declaratis. **T**ertia conclusio. Nō fuit congruū seu cōueniens ut deus acceptaret seu p̄ciperet blaffemiā aut alia peccata. probatur. Quoniam ex quo nobis constat de lege ab eo instituta: per quā prohibet blaffemiā ceteraq; peccata: iudicādum est q̄ id magis cōgruū fuerit hoc tñ nō est a nobis demōstrabile cū deus aliter ordinare potuerit & possit. Ex us igit̄ declaratis facillime argumenta eoz quibus appet aliter esse dicēdū dissoluantur. Et primo ad primum in quo p̄supponunt q̄ deus facere nō possit cōtradictoria simul. Ad quod suppositū dicit: Hēnricus de Gādauo doctor solēnis & famosissimus. Quod deus cū sit imensus & infinite

potentię quantum ē ex se posset. efficere duo cōtradictoria simul: q̄ aut̄ nō simul fiant seu fieri possint: non p̄uenit ex hoc q̄a hoc deo repugnet: sed magis ex mutua repugnātia: quā cōtradictoria seu opposita alius oppositionibus habēt adinuicem. **U**nde quē admodum deus ex se posset creare infinitā creaturā si creature infinitas nō repugnaret: sic & deus ex se facere posset q̄ eadē res simul esset & non esset: si esse & nō esse nō haberent simul repugnantia circa eadē rem. ex qua responsione docent omnes theologi siue mouēt̄ur ab illo solemnissimo & antiquo doctore: ut non debeant immensam dei potētiā artare: seu sub certa determinatāq; mensura concludere sed magis ip̄am extendere: circa quecunq; que probari possunt possibilis fore ac contradictionē nō implicare. Et cum postea arguūt isti q̄ data ueritate illarum cōclusionū uidelicet: q̄ deus possit saluare Iudā proditorem ut sic: & damnare Petrū habentē gratiā ut sic: tūc duo cōtradictoria simul & semel possent esse uera: & actu fieri a deo: & ita inter se nullā haberēt repugnātia: qd̄ nō ē dicendū. cōsequētiam aut̄ illā ipsi sic deducunt. Quoniam Iudas proditor ut sic: est auersus a deo: qui libet aut̄ saluus ē ad deū cōuersus: ergo Iudas simul & semel esset a deo auersus: & ad deū conuersus: & p̄ cōsequēs nō auersus. que sunt cōtradictoria. Petrus quoq; saluatus & in grā existens ē ad deū cōuersus: q̄libet aut̄ damnatus ē a deo auersus. ergo si Petrus ut sic posset damnari: tunc simul & semel esset auersus & non auersus. **A**d que argumēta respōdemus.

Quod p̄ Iudā proditorē ut sic: aut intelligis Iudam
proditorē p̄ditione formaliter sumpta: & ut est contra
diuinā legē: & ut Iudas facit aut egit cōtra diuinam
legē: & p̄pter hoc nō acceptus a deo q̄a trāsgressus
est dei p̄ceptū siue diuinā legē: aut p̄ Iudā proditorē
ut sic: intelligis Iudā proditorem ut proditor ē siue fuit
p̄ditione scilicet materialiter sumpta: & ut āplius nō
est cōtra diuinā legē seu dei uoluntatē sed magis ac-
cepta deo est & grata. sc̄dm quā p̄ditionē sic materia-
liter sumptā Iudas nō ē in odio dei: sed magis ab eo
acceptus. Similiter per Petrum ut sic: aut intelligis
Petrum ī gratia existentē sumendo gratiā sc̄dm esse
formale: & ut est accepta simul cū Petro a deo ad p̄-
miū uitę eterne. Aut intelligis grām sc̄dm esse mate-
riale tantū: utputa p̄ habitu illo creato: sine illa pas-
sua acceptatione ad uitā: imo potius cum opposito
scilicet cū nō acceptatione illa: & cum quadā deputa-
tione qua deus eā & habētē eā ad infernales penas
siue ad damnationē deputat. **His** igit sic stantibus
respondeo: q̄ si per Iudam proditorē intelligis Iudam
ut sic: primo modo tūc dico: q̄ deus nō pōt ipsum ut
sic saluare: q̄a tūc cōtradictoria simul uerificarentur
ut deducis: cū simul esset auersus & conuersus. cum
quo tñ stat: q̄ deus Iudā proditorem ut sic sc̄do modo
possit saluare: quia per p̄dicta deus et̄si non possit p̄-
cipere seu acceptare malū siue peccatum formaliter:
aut habentē tale peccatū: pōt tñ p̄ suā absolutā potē-
tiā p̄cipere seu acceptare peccatū materialiter sum-
ptum: & habentē ipsum: & tūc Iudas proditor ut sic nō

esset auersus: quia non ageret cōtra dei uoluntatem
neq̄ esset sibi non acceptus: sed magis esset ad deum
conuersus: quia diuine uoluntati gratus & acceptus.
Similiter accipiendo Petrum ut sic: primo modo
dico q̄ deus non potest Petrum damnare: quia con-
tradictoria de eodē simul uerificarent: scilicet simul
esse acceptum & nō acceptū. Si uero sumis Petrum
ut sic sc̄do modo: scilicet ut habet habitū grę qui
habitus fuit subtractum siue subiectū diuine accep-
tationis ad uitā ut dicebat: & postea aliter deo dispo-
nente cessauit fundare talē acceptationē: & factus ē
subiectū deputationis qua deputatus ē ad gehēnā:
Sic dico q̄ deus de sua absoluta potentia possit dā-
nare Petrū: ut sic hoc sc̄do modo sumēdo h̄ ut sic:
& tūc Petrus ut sic nō ē acceptus sed potius non ac-
ceptus: & ita contradictoria de Petro non simul ueri-
ficarent: ut opponens credebatur deducere: & sub hoc
sensu siue it̄lectu doctores illi excellētissimi suas cō-
clusiones superius positas suis in scriptis reliquerūt.
Que omnia ut cuiuslibet it̄lectui sese euidētius offe-
rant aliq̄ alia subiiciemus. **Deus** nāq̄ cōtingēter ac-
ceptat grām ad uitā eterne. qm̄ si necessario eā accep-
taret necessario eam ī esse cōseruaret. q̄a omne neces-
sario agēs: ea necessitate qua agit cōseruat effectū: si
igit deus necessario diligeret siue acceptaret gratiā:
de necessitate & cōseruaret illā acceptationē passiuā
siue grām: q̄ sunt dei effectus: ad quoz necessariā cō-
seruationē necessario requirit ut cōseruet in eorum
actuali existentia: igitur si deus necessario charitatem

acceptaret siue grām: eā i esse necessario cōseruaret: & ita semel habita nūq̄ posset deperiri qđ est hereti- / cū: pōt ergo deus contingenter grām acceptas & habentem ipsam ad uitam eternam non acceptare: eandem siue eundem. cum ex mera sui libertate gra- / tiam simul & habentem acceptet iuxta illud Christi. Cū hec oīa feceritis dicite quia inutiles serui estis. Igit̄ per suā absolutā potētā posset ipam cū eā hñte nō acceptare: & eā deputare ad gebēnā cū nō. mino- ris potētatis sit deus i re pbādo ipam. qđ i acceptatio- ne eiusdē: qđ ut supra dictū ē. Omnis lex diuina ideo iusta qđ ē deo grata. nec pōt necessitari deus ab aliq̄ creatura: & sicut pōt odisse grām sumptā materiali- ter. ob cōtingētiā qđ eā cōtingēter acceptat: ita etiā pōt acceptare peccatū materialiter sumptū: qđ etiā cōtingenter odit ut pbari posset p roēm simlē illi qđ facta ē de grā. **¶** Aliter posset rñderi ad p̄dictas diffi- cultates. qđ esto adhuc qđ deus nō posset odisse grām neq̄ acceptare peccatū ad uitā: cū hoc tñ stat qđ pos- set p absolutā ipius potētā odisse hñtem ipam grām: simlter qđ posset diligere illū i quo eēt peccatū: ego enī & q̄libet alter pōt odisse aliquem inimicum siue hereticum: diligēdo tñ multa que in eo sunt ut puta sciētiam aut fortitudinē: & cetera huiusmōi: simlter qđ pōt aliquē diligere odiēdo multa qđ sunt i eo: p̄ce- pit namq̄ nobis X̄ps. ut diligamus inimicos n̄ros: cū tñ eorū uitia atq̄ peccata odisse debeamus. si igit̄ hoc pōt creata uolūtas: multo fortius & id poterit uolun- tas dei: qđ i infinitū uigore atq̄ potētā illā excedit qđ

siue dederit. Dei namq̄ dilectio iuxta sanā theologorū doctrinā in tertio sententiā nō ē dilectio affectus: cū talis sit passio qđdam: igit̄ imperfectio: que a p̄fectis- / simo deo penitus ē amouenda. Est ergo dilectio dei erga eius facturas: dilectio effectus: scđm quā dici- / mus deō aliquem amare siue diligere: quia ei aliquod bonū cōfert: & magis aliquē qđ aliū amare scđm qđ ei plura p̄stat aut maiora bona. Cōstat aut̄ qđ piissimus deus solē suū oriri facit super bonos & malos: pluitq̄ sup iustos & iniustos. igit̄ malos atq̄ iniustos amat: cū eis multa bona donare & cōferre nō cesset: eorum tñ malitias atq̄ peccata odit. Deus i super diligit animā Iudē in ierno positā: cū eā in eē cōseruet ipamq̄ pu- niat extra cōdignū & tamē eius peccatū odit. si ergo odiēdo peccatū Iudē pōt misericors deus Iudā ipm effectū dilige: cōseruādo sibi tā excellēs bonū quātū ē esse: cū tñ Iudā posset annihilare: cur etiā nō posset deus odiēdo Iudē peccatū Iudā ipm effectū dilige: dando scilicet ei eterne glorie bonū: cū non minoris sit libertatis deus aut potētatis in cōferendo anime Iudē hoc glorie bonū qđ alia bona: & qđ ipsum in aliis bonis cōseruare. Simlter esto: qđ deus non posset odisse apostoli Petri charitatē siue grām: nil tñ probi- bere uidet̄ quā p absolutā sui potētā ipsum Petrū posset damnare: qm̄ et si Petrus pro peccato negatio- nis penitentiā egerit: p̄a tñ de cōdigno pro tāto de- / licto satisfactoria non fuit iuxta illud. Cū hec omnia feceritis dicite qđ iutiles serui estis: suppleuit tñ dei pietas: qua dignatus est eam. acceptare iuxta illud.

Non scdm peccata nostra fecit nobis; neq; secundū
iniquitates nostras retribuit nobis. Et Paulus dicit.
Non ex opibus iustitię que fecimus nos: sed secundū
eius misericordiā saluos nos fecit quo stāte arguo sic.
Quēadmodum deus in acceptādo Petrum ad uitam
uolens pietate magna erga eū & misericordia: sic p
absolutā ipsius potētiam potuisset possētq; erga eum
uti rigore sup̄ infinite iustitię. qđ si faceret tūc Petrus
p tanto suo delicto damnaretur: p quo nō cōdigne
satisfecit: neq; forte satisfacere posset. Patet ergo qđ
dicebat superius: simul & solutio sui primi argumēti
fundati sup̄ impossibilitate cōtradictoriorū. Argumē
tū eorū scdm quo credūt eos doctores iporūq; sequa
ces cōuincere ī sentētia tale ē: Deus enī īquiuert est
agēs p uolūtate: id igit facere nō pōt qđ nō pōt uel
le: malū aut nō pōt uelle ut pbāt: igit nec facere: neq;
p̄cipere aut acceptare: blasphemia aut cū sit mortale
peccatū ad ifidelitatē ptinens: ut dicūt nō pōt nega
ri quin sit malum: igit a deo fieri nō pōt neq; p̄cipi
seu acceptari. In hoc aut eorū argumēto uehemēter
laborāt: ad probādū blasphemā esse magnū imo maxi
mum peccatū: Augustini multorūq; aliorū doctorū
sentētiās adducēt. Ad quod tñ argumentū facili
ter a quocūq; respōdebit: si p nos superius dicta ad
memoriam reuocent. Cōcedimus nāq; cū eis qđ deus
uelle nō pōt malū seu peccatū aut blasphemā: si talia
formaliter sumant: & ut sunt cōtra dei p̄cepta & uo
luntatē: tñ cū hoc per absolutā ipsius potētā uelle
pōt aut p̄cipere siue acceptare. hęc oīa materialiter

sumpta secundum quod esse & ut sic non sunt cōtra
dei legē aut ipsius uolūtate sed potius legi diuine aut
diuino p̄cepto & dei uolūtati cōformia: & ut sic nō
sunt peccata & a deo prohibita: sed magis opera me
ritoria & diuine uoluntati accepta. Auctoritates aut
Augustini & aliorū quas adducūt loquunt de pecca
to siue blasphemia formaliter sumpta. Posset & ad hoc
argumētum aliter rñderi: iuxta secūdā respōsionem
nām scdo loco datā ad eorū primū argumētū. Scili
cet dato qđ deus nō posset p̄cipere aut uelle blasse
miam: per sui tñ absolutā potētā diligere seu accep
tare potest eum ī quo ē blasphemia siue qui blasphemat.
quēadmodum & nūc amat blasphematores & iniustos:
largiendo eis bona multa quibus & posset etiā largiri
blasphemā non obstante uitā eternā. Ipse enim est ut
dictū fuit qui solē suū oriri facit sup̄ bonos & malos
pluitq; super iustos & iniustos: ipse insuper ē qui nobis
p̄cepit ut diligamus inimicos nostros: ac bona facia
mus his qui nos oderunt & p̄sequunt. qbus quanta
maiora faceremus tanto gratiores deo redderemur.
nō lex ista iniusta est: cū deus in cuius potestate est
legis rectitudo ipam instituerit: ac nobis ut eā obser
uauerimus demandauerit. tenemur tñ inimicorum seu
peccatorū uitia horrere: quēadmodū & ipse eorū uitia
& peccata odit & abominat. hęc oīa clara sunt ex p̄
missis. Tertia eorū ratio contra p̄dictos doctores ī
sentētia talis ē. Lex quelibet ut dicūt ad hoc ut sit
recta & iusta ad cōmune bonū ordinēq; iustitię ordi
nari debet: blasphemia aut cōtra bonū cōmune est: ut

puta deū: cōtraq; ordinem iustitię: cū blaffemans aut deo attribuat q; eius maiestati nō est attribuendum: aut ab eo amoueat qd nō amouendū. Ad quā rōnem dicimus. q; lex ideo iusta est: quia grata deo ab eoq; īstituta. idcirco si deus per absolutam ipsius potentiā legē conderet de blaffemādo iusta esset: neq; cōtraueniret cōmuni bono deo scilicet: imo potius esset sue uoluntati cōsentanea ab eoq; instituta: & qui legem talē nō seruaret: ille qdem is esset q; operaretur cōtra cōmune bonū deū uidelicet: cōtraq; ordinē iustitię: quę quidē iustitia exposcit: ut deū reuerēamur: eiq; in omnibus ipsius p̄ceptis ac legibus obediamus: iuxta sentētiā Augustini tertio suarū cōfessionū libro: quę allegat in decretis distinctione octaua. Inq; enī Augustinus. Cū autē deus cōtra pactū quodlibet aut morē aliquid iubet: & si nunq; factū ē faciendū est: & si statutū nō erat instituendū est. Si enī regi ī ciuitate in qua regnat licet iubere aliquid quod neq; an̄ ipm̄ quisquā neq; ip̄e iusserit: si ē cōtra ciuitatis eius loci etatē obtemperat imo cōtra societātē eius ē si non obtēperet ei: generale quidē pactū est societatis humane obtemperare regibus suis: quanto magis deo creatori uniuersę creaturę suę ad ea quę iusserit sine dubitatione seruiendū ē: ex qbus appet qd dicebat.

Restat ulterius ut soluamus quartū eorū argumētū quo nitunt̄ oñdere cōclusiones doctoꝝ illorū positas superius esse falsas. qd quidē argumētū in sententia tale fuit. Nemo principū terrestriū q; cūq; polleat dignitate statuere pōt q; quicūq; eū blaffemat

aliquis boni tributionē assequat̄: cū id sit cōtra dei legē ex qua reges regnant: & legum cōditores iusta decernūt. igitur nō sunt superius bene dictū q; s. p̄ncipes huius seculi talē legē possent statuere. Ad qd argumētū respōdemus q; quēadmodū huius seculi p̄ncipes p; eorū absolutā potētiam multa cōtra deū eiusq; legē & iustitiā possunt īstituere: immo & dieti īstituunt cęstigia iusta: aliaq; multa ut experiētia manifestat. ita & possent cōdere: q; quicūq; eos blaffemaret reciperet ab eis p̄miū. Lex tū ista inordinata esset & iniusta: quia cōtra dei legē iustā cui tenentur uniformiter operari. si tñ ī eorū potestate esset legis rectitudo tūc talis eorū lex iusta esset & ordinata: cū ergo deus sit in infinitū maioris & excellētioris potētie q; p̄ncipes tales igitur multo magis per ipsius absolutā potētiam legē talē de blaffemia p̄miāda possent instituere. qd si faceret lex illa iusta esset & ordinata qm̄ ei accepta siue ab ipso īstituta. nec tūc blaffemia esset peccatum: cū nō esset cōtra dei legē: sed magis diuinę legi cōformis. Hęc unicūq; clarissime patebūt si ad prius dicta recurrerit. Ois nāq; lex siue natura / si fuerit aut humana: seu diuina iusta ideo est: q; deo grata: sibiq; accepta aut ab eo instituta. Lex autē iniusta ideo est iniusta: quia deo nō grata ac sibi non accepta: siue ab eodem non instituta. Arguunt deniq; p̄nominati contra cōclusiones superius positas tali argumēto. Deus p; nullā eius potētiam potest aliquē ponere in uita p̄terna sine gratia: cū uita p̄terna quę est clara dei cognitio sit effectus gratię: effectus autē

a deo fieri nō pōt. sui causa: quā uita eterna sit gfe effectus sic deducūt. Quia cū diuina essentia sit propria forma siue obiectū intellectus diuini: eo quia ipi solū proportionat: igitur intellectus creatus non poterit ī talē dei. essentia: nisi quatenus picipat aliquā dei similitudinē. quā quidē similitudinē gratiam esse dicunt: & sic intellectus creatus siue aīā creata beatificari non poterit sine gratia. ex quo consequenter appet ut dicūt: q̄ gratia est causa uitę eterne siue. q̄ quis ponatur in uita eterna. ppter qd̄ ulterius concludit: q̄ ludas q̄ sine gratia existit aut alius q̄ blasphemus saluari non poterit siue beatificari aut poni in uita eterna. ¶ Ad quod argumētū respōdemus. q̄ p̄ gratiā aut intelligis habitū illū creatū q̄ a deo infunditur: filius lucis: per quē a filio perditionis diuidunt iuxta illud Augustini dicētis. Gratia est excellentissimum dei donū diuidens filios lucis a filiis perditionis eterne: Aut per grām intelligis respectū quēdam acceptationis seu gratificationis passiue qui derelinqt in eo qui a deo acceptatur siue ei gratificatur. ī ordine ad uitā eternā: ex applicatione actus diuine uolūtatis ad eū qui sic a deo acceptatur aut ei gratus efficitur. Si primo mō accipis gratiā: sic dico. q̄ gratia siue habitus ille creatus q̄ in euangelio figuratur per uestē. illam nuptialē & cetera: est causa occasionalis q̄ quis a deo acceptatur ad uitam. hanc aut dignitatem habitus iste ex sui natura non habet. sed potius a dei uolūtate que ipm. dignata est sic dignificare ac legē instituire: ut nemo ad eternas nuptias acceptē: nisi

nuptialē uestē induerit id est gratiā dei sic sumptam Deus autē ē causa primaria seu p̄cipalis dans uitam sic igit̄ somendo gratiā cōcedimus cū eis q̄ deus de ordinata ipsius potentia non potest aliquē ponere in uita eterna sine gratia: de potentia tñ ipsius absoluta potest aliquē absq̄ tali habitu conducere ad uitam. Magister namq̄ sententiarum ut omnibus theologis manifestū est talem habitum nō posuit: quod etiā rōe tali potest declarari. Quoniam quicquid potest primaria causa mediante secundaria potest & per se. hec enī qua a uulgatissima & indubitata ueritas est apud theologos & philosophos non laborabimus eam ulteriori ratione declarare. Cum igitur omnipotēs deus sit p̄cipalis causa a qua habetur eterna uita: cum omne datum optimū omneq̄ donum perfectum ab eo descēderet: habitus uero gratie sit secundaria causa & occasionalis eterne uitę ut dictū ē: hec dignitas ex se non sibi conueniat: sed solum qua sic statuit diuina uoluntas: Idcirco necessario concludendū est deum omnipotentem posse absq̄ tali habitu aliquem ponere in eterna uita. Si uero per gratiam respectū illam intelligis de quo superius fecimus mentionem: qui quidem respectus est gratificatio passiua: scdm̄ quā acceptus a deo sibi gratus efficit. tunc dicimus deum non posse aliquem gratum ad uitam eternam habere: seu in uita eterna ponere ut eorum sermone utamur absq̄ gratia sic sumpta qm̄ formalis effectus sine sui causa formalis esse non potest: cuius nō potest deus uicē supplere: quāmodum neq̄ sine albedine

illis difficultatibus: per eorum opugnatore adductis: prima quarum hec est. Quonia fundamētorū pmissioꝝ ueritate data sequeretur q̄ nullum malum seu peccatum esset ex genere: contra sacrorū omnium theologorum sententiā: que consequētia sic deduci posset: q̄a malū ex genere ut theologi aiunt: idē q̄d ex natura sui malum est. propter quod: nūq̄ bonū esse pōt siue recte & bene fieri. nil autē tale datis p̄missis reperiri posset: quoniam quocunq̄ tali dato id materialiter sumptum ex p̄dictis posset a deo p̄cipi ab eoꝝ acceptari: quod cū fieret bonū esset & meritorium ex declaratis: & tunc non fuisset ex sui natura malum: ex quo aliquando bonum esse posset & a deo acceptari.

Ad quod dicimus q̄ malum ex genere & ex circumstantia apud theologos sumuntur siue accipi debent i ordine ad legē de facto siue actu a deo institutā: ut id malum ex genere dicat: q̄d diuina lege stante nūq̄ bonū esse potest: siue bene fieri: neq̄ a deo acceptari cuiusmodi ē blasphemia: que grauissimū ē peccatum: propter quod ut habet primo capitulo epistolę Iude Cū Michael archāgelus cū diabulo disputans altercatur de Moyli corpore: non ē ausus iudicium inferre blasphemię sed dixit. Imperet tibi dominus etc. Volebat nāq̄ diabolus ruelare corpus Moyli Iudeis ad idolatriam pronis: ut eum tanq̄ deum adorarent cui resistebat Michabel princeps synagoge: uolens hoc impedire. nec tamē fuit ausus Diabolum blasphemare: cum ob peccati grauitatē non liceret. Odiū a super dei atq̄ idolatria malū quidē sunt ex genere.

Malum uero ex circumstantia id eo sic dicit: quia lege diuina stante potest & bene & male fieri. cuiusmodi est homicidium. tūc enī nō ē malum cum stante diuina lege circumstantionat̄ debitis moralibus circumstantiis: ut patet cū fit Zelo iustitię a iudice: ad quē iustitiam pertinet ministrare: & cum is qui occiditur iustitia & lege suadente meretur occidi. Tunc autē malum est & male fit: cum aliqua deuitarum circumstantiarum uacat: & quēadmodū ē de homicidio: contra similit̄ de aliis dicendū est: que mala ex circumstantia nuncupantur. ex quibus apparet instātiā fuisse nullam. Secūdu dubiū. Si deus ut sepe dictū fuit possit & ualeat malū quocunq̄ materialiter sumptū p̄cipere & acceptare: sequerēt q̄ odium respectu sui ipius posset acceptare & sic habēs tunc deū odio nō peccaret: immo mereretur & in p̄terna gloria locari posset: & beatus esse. cū autē beatitudo in clara deificatione consistat: et atq̄ perfecta fruitio: tunc talis simul & semel posset deum odisse & diligere deum: q̄ impossibilia & repugnantia uidentur. Ad quod respōdemus. q̄ deus ut ad nostrum propositū spectat dupliciter a nobis cōsiderari potest. Aut scilicet sub ratione summi boni: & ut sic nō potest deus cuiquam odio ēē: uerū illud Aristotelis primo ethicorū. Bonū est quod omnia appetunt: & omnis ars atq̄ doctrina similit̄ autem actus & electio bonū quoddā appetere uidentur: & ut sic: potest quis deam odio habere iuxta illud. Superbia eorum qui te oderūt ascendis

semper. Primo modo considerando deum: dicendum est quod deus per nullam suam potentiam potest precipere seu acceptare odium sui ipsius: cum tale odium esse sit in possibile ut dictum est. Secundo uero modo considerando deum tunc per suam absolutam potentiam: potest deus ipse precipere seu acceptare odium sui ipsius: & odiens eum stante tali precepto mereretur: quia diuinam legem obseruaret quod fieri non posset: nisi deum diligeret sub ratione summi boni: ab eo diligeretur. iuxta illud euangelicum: Qui diligit me sermonem meum seruabit: & pater meus diligit eum etc.: & alibi precepta mea. seruaueritis manebitis in dilectione mea. Tunc ulterius dicimus: quod stante illo casu odium dei sub ratione punitoris sumptum materialiter non repugnet fructioni siue beatifice dilectioni terminate ad deum sub ratione summi boni acceptum: nec per consequens repugnet gratie perfecte & consummate: quod quis uis repugnet odium formaliter sumptum. & sic patet saluo semper saniori iudicio: quod instantia illa non militat contra illos doctores. Quibus omnibus sic declaratis euidenter apparet quod conclusiones doctorum preallegatorum uere sunt & catholice: si in sensu illo intelligantur: in quo ab illis doctoribus sunt formate. propter quod satis cauere debent hi qui eos calumniatur: cum immensitati siue infinitati diuine potentie occasionem prestant non parua de eucharistie sacramento simul & creatione dubitandi: quonia doctorum illorum fundamentis & rationibus intellectis superius adductis

humana mens ad suas conclusionibus assentiendum promptior redditur & facilior: quam quod substantia panis totaliter transubstantietur in Christi uerum corpus accidentibus panis sine subiecto remanentibus: nulloque facto Christi corpori additamento: & etiam quod ex nibilo aliquid fiat: ad que credenda humanus captiuatur intellectus: cum ei infinita ac immensa dei potentia obicitur: cui talia ac maiora si dari possint non repugnant. Periculosum igitur ex hoc uidetur infinitam dei potentiam certis sublimitibus uelle concludere. Si quid autem in nostro hoc opusculo dixissemus quod contrarium esset sacrosanctae Romanae ecclesiae determinationi: aut doctorum ab ea approbatorum: hoc reuocamus: cassamus: ac penitus annullamus: habemusque pro non dicto subicientes nos semper correctioni S. D. N. Reuerendissimorumque dominorum: ad quos sic delinquentes spectat corrigere: & ad ueritatis uiam reducere. Si quem etiam nostris uis scriptis offendissemus ab eo ueniam imploramus: precamurque: non odio id neque rancori attribuat: quinimo charitati nostrae & amoris non mediocri: quo clarissimos illos doctores uti Christianae religionis amatores tota mente complectimur.

FINIS .:

Registrum huius operis,

Cogitanti. paulo. quid. uniuersale. altera.
persona. q̄ persona. quid sit. arguit. est ut.
temporis. est. nisi. unio.
tempore. simili. eumq. conseruat.
in libro. cum igitur. carere. medium.
cum. loqueretur. etiam. constat.
ad aliud. sanctus. tunc. aut. separata.
sine. morte. debere. respectu. mortuo.
christi. humanū. adducere. et hic. assumpta.
polluimus. a patre. nititur. aurelii. neg.
ad quod. triduo. formiter. demum. et sermoēs.
per uenas. maxime. item. diximus. ab aliquo.
de dei. quā. quod. potentie. esset. sic deduco.

GOD
AL.

Rogitanti mihi beatissime pater Xyste tuis erga
me meritis et summis de infinitis gratiam ullam
aliquando referre: rogantiq; b. tuam ut duo illa opus-
cula. quorum alterum de sanguine Christi. alteru de
potentia dei Cardinalis adhuc composueras: ꝑneis
litteris liceret imprimere. et perpetue immortalitati
mandare. sepius pro innata clementia mansuetudine
et humilitate restitisti: Lucubrationesq; tuas et uigi-
lias latere malle q̄ edi. hac tua tanta prohibitione nō
inhuiliter pre te tulisti. Precibus tandem meis assiduis
et importunis impulsus et coactus permisisti magis
q̄ assensisti. Quo factum est: ut. b. tue imortales grās
et agam et debeam. Qui hoc tempe id mihi annuisti
qd̄ summi muneris et benefici singularis loco esset:
Iam iam enim quod diu maxime optaui: et seruitutis
mee offitium aperire: et laudes ullas tuas mea hac in-
dustria et labore attingere potero. Cui cum maiestas
et celsitudo tanta fauerit. fauere oēs pariter necessē
erit. In te uero commendando tantus mihi laudum
tuarū campus aperitur: ut mihi difficilius principiu
q̄ exitum inuenire sit. At cum fortitudo tua in ad-
uersis sepius eluxerit: in iudicando equitas: in admi-
nistrando prudentia: sat erit impresentiarū sapientiā
religionem pietatemq; laudasse. Que tria in te summa
esse: nō tam mea hęc epistola q̄ tua ista uolumina pro-
testantur. Nam cum de xpi sanguie questio nuper
apud Pium pōtificem superiorem tuū oborta esset
difficilis et ardua: quam non indocti nō indiferti uiri
excitassent: tanta est abste uehementia moderatione.

& sapiētia disputata. ut patrū omniū & religiosorū
uirorum cōsensu qui ad certamen hoc doctissimi cō/
uenerant diffinitioni tuę : sententię : & auctoritati
staretur & applauderetur . Aduersarij tui ingeniū
doctrinam sapiētię potius admirentur & amarent
q̄ odissent : triumphosq; tuo & uictorie magis cōgra/
tularentur q̄ inuiderent . Id inquam certamen pater
.S. quod auspiciato ac ductu tuo q̄ pbissime & gestū
& confectum est : merenti primo tibi galorum : pon/
tificatum postremo attulit . Quis enim tam merito
Christi regat ecclesiam : q̄ xpiane fidei conseruādę
amplificandęq; religionis nostrę studiosissimis : qualē
te rem tua hac arguta disputatione om̄ibus patefac/
tum ē ? Et deum quis dicat religiosam piāq; mentē
asperrari : qui se fatetur non nisi super humilem : piū :
mansuetum : & diuina oracula pertimescentem quie/
turum ? Quod etiam . Idea illa gentilium mater non
neglexisse uidetur : que Romā a pessimonte pbrygię
oppido aduecta : Nascię optimi ac sanctissimi uiri
domicilium sibi delegit . Dedignata simulacrū suum
nefaris ac scelestis alterius māibus pollui & cōtrec/
tan . ¶ Additus & abste est priori opusculo secundus
labor in eos q̄ diuinam potentiam ęternā & infinitam
confidēter magis q̄ audacter circūscribere audent :
et temerario ausu diffinire . Ex quo sane intelligi pōt
quātā sit quod p̄dixi nō solum tuendę uerum etiā
attollendę xpiane fidei cura et diligentia . Dum nihil
in ea esse pati potes : uel hereticum : uel impie dictū :
uel quod animos hominū a dei summi cultu auocet

Paulo II. Veneto Pontifici Maximo:
F. tituli sancti Petri ad uincula. S. R. E.
Presbyteri Cardinalis de sanguine
Christi p̄fatio incipit.

QUONIAM de sanguine Christi Beatissime pater:
inter eruditos quosdam cōtentio orta esset:
eāq; ob rei magnitudinem difficilis et peri/
culosa uideretur: fuit iñtuitu mei hoc onus suscipe:
ut quid de p̄cioso sanguine illo sentire: pro ingenii
mei facultate differerem: Quod eo feci libentius.
quia ab antiquis illis qui multa de fide copiosissime
tradiderunt: partū in hęc materiam disputatum est.
Quod opus Beatissime pater Sanctitati tue dedi/
candū esse duxi: tanq̄ Principi xpiane religiois. ad
quem pertinet de rebus sacris iudicare. Quāobrem
leges tu quidem opusculum hoc: cum ab arduis et
maximis occupationibus tuis otium erit: ea lege ut
tuo arbitrio corrigas. Nihil enī felicitus mihi poterit
euenire: q̄ si excellēt. et diuino illo Sanctitatis tue
iudicio emendatum atq; illustratum fuerit: cuius
sacratissimis pedibus humiliter me commendo.

Sequitur tractatus.

Quoniam ut tenetur: quæstioes de Christi sanguine nouissime ortas e medio tolli. cum magni scandali seminari atq; origo xpiane religioni facile eē possent. Constituimus pro exiguis ingenio nostri iuribus nō nihil breuiter in ea materia describere: ubi summo studio cōtēdemus: doctores q̄ ea de re tractauere: tametsi inuicē aduersari sibi ac dissentire uideātur: in unā sententiam cōponere: ut dum inter eos unus consensus fuerit: hoc opusculo demonstratus: euef- tigio in suis filiis ac professoribus charitas diuina reluceat. utq; indubie in preceptoribus summa cōcordia conspiciatur: ita et pax Christi quæ exuperat omnē sensum corda discipulorū custodiat. **V**erū quia ea materia ut plurimū a diuini uerbi incarnatione detrahatur: nonnullas ueritates præmittemus: quæ eiusdem uerbi incarnationem simul & ipsius sanguinis assumptionē aliquatenus declarabūt. Postreō uero alias ueritates subiiciemus: quæ ad eā rem quā principaliter tractatum sumus accedent. Quarum ueritatatum prima in ordine sit talis:

Sicut dei uerbū in incarnatione eius hominis personam nō assumpsit. sed præcisē singulare siue indiuiduū humane nature. sic & idem uerbum: cū pro nobis caro factum est. non sibi uniuersum suppositum sanguinis: sed solum indiuiduum seu singulare ipsius. **A**d quorū noticiam ampliorē habendā necesse est. ut terminorū in ea ueritate contentorum.

quid nominis declaratur. cuius rei gratia est sciendū. & doctores theologi suis inscriptis: sepe numero his terminis uti sunt. uidelicet. persona. suppositum. Individuū seu singulare. & particulare. eosq; dixerunt aduincem ordinari secundū superius & inferius. siue magis cōmune & minus cōmune. asserēs omnē personā esse suppositū & non econuerso. cōsimiliter & omne suppositū esse indiuiduū siue singulare. & non e cōtra. Pariformiter omne indiuiduū siue singulare esse particulare & nō omne particulare fore singulare aut indiuiduū. Que oīa ut nobis se clarius offerat describemus seu definiemus eorū unumquodq;. Et primo a persona incipiētes. sciendū est Richardum suo in libro quē de trinitate conscripsit personā tali definitione declarasse.

Definitio persone a doctore Richardo assignata.

Persona est in cōmuni ab his subsistentia intellectualis siue rationalis nature. ex qua notifi- catione tres proprietates persone unicuiq; necessario cōuenientes colliguntur. quarū prima hec ē. Per- sona non nisi in rationali siue intellectuali natura. ut ē angelica diuina & humana: potest reperiri: ex cuius proprietatis defectu supposita naturarū intellectu seu ratione carentiū minime persone dici possunt: cuiusmodi sūt supposita hec. hic sol: hic equus: hic bos & cetera huiusmodi. **S**ecūda proprietas quia persona qualibet constare. nō dicitur est ut persona sit

subsistens. quod idem est quod per se existens: sumēdo
existere per se. ut diuiditur contra esse in alio sub/
iectiue. iuxta modum loquēdi Aristotelis suis in ca/
thegoris dicentis. Cōmune est autē omni substātie
in subiecto nō esse & cetera. Ex qua quēdā pprietate
cogimur personā quamlibet substantiā esse cōfiteri:
nullumq; accidens quantumcunq; fuerit singulare:
posse esse personam. et per idem nullam formā sub/
stantialem materie cōmunicabilem. **T**ertia deniq;
pprietas sine qua res nulla. psona meret appellari: ē
ut psona sit incōmunicabilis. **A**d cuius pprietatis
simul & alterius immediate precedentis uberiorem
declarationem sciendum ē: quod cōmunicabile et in/
cōmunicabile ut satis liquet ī dialectica disciplina
instructis: priuatiue opponuntur. et quā philosopho
teste in primo suorū thopicoꝝ: quot modis dicitur
unū oppositorum: tot modis & reliquū. ut dicatur
necesse est. Idcirco quot modis aliquid fertur com/
municabile. et tot modis aliud aliquid incōmunicabile
ut dicatur necesse erit. **T**radunt autem theologi.
aliquid tribus modis cōmunicabile dici posse: aut
quia potest descēdere ad plura singularia siue indi/
uidua. ut illis cōmune quoddam et uniuersale. quē/
admodum natura humana uniuersalis & communis
sorti et Platoni: ceterisq; hōibus particularibus est
cōmunicabilis. descendit namq; ī eos ut species in
sua indiuidua. ab illisq; participatur ut uniuersale a
suis singularibus. quam cōmunicationem tetigit
Porphyrius in suo libello de uniuersalibus. dum sic

uniuersale describeret. Uniuersale est id quod de
pluribus aptum natum est predicari. quod idem est
quod eē aptum natum in pluribus esse: siue pluribus
cōmunicari. **S**ecundo uero modo aliquid dicitur
cōmunicabile ueluti forma materie. et perfectio suo
perfectibili: ac accidēs suo subiecto. quo mō rōnalis
anima a corpore separata: et corpori scilicet dicitur
cōicabilis. Pariformiter & accidētia sine subiecto in
sacramento eucharistię existentia: cōmunicabilia
subiecto affirmantur. quā cōmunicabilitatem tetigit
Aristoteles dū in antepredicamentis diceret. quod eorū
quę pdicantur quedā sunt ī subiecto. et nō dicuntur
de subiecto: cuiusmodi sunt accidētia singularia: quę
certum est alicui subiecto fore cōmunicabilia. seu
actu cōicata: et quę de nullo subiecto scilicet inferi/
ori sunt predicabilia: cū inferioribus careāt. **T**ertio
uero & ultimo mō fertur aliquid cōicabile alicui ueluti
singularis natura suppositis. siue persoīs propriis: aut
suppositis uel personis alienis. siue alterius nature. et
scdm hunc modū fides nra affirmat diuinam naturā:
quę de se est actuabilissima ac indiuidua ī unitate nu/
merali: diuinis tribus personis actu esse cōicatam. et
per consequens cōicabilem: quā quēdam cōicationem
Iohānes in canonica sua expressit cū dixit. Tres sunt
qui testimoniū dant in celo: pater uerbū & spūs scūs
et u tres unū sunt. Simili insup cōicabilitate natura
humana singularis & indiuidua fuit uerbo dei. quod
est suppositū alterius nature cōicabilis. cui & ē actu
cōicata siue unita. iuxta illud Iohānis primo: Verbū

caro factum est. **Q**uemadmodum igitur cōicabile
ut patuit tripliciter accipi potest. sic & incōicabile
quod ei priuatiue opponit. tribus modis apud theo/
logos sumi consuevit. Secundum quorum primum
id incomunicabile noiatur. Quod nō potest pluribus
in diuiduis comunicari: quo modo singulare fertur
incomunicabile. iuxta sententiam Porphirii suis in
uniuersalibus dicentis. Eorum quę predicantur alia
quidem de uno solo predicantur sicut in diuidua ut
sortes & hic homo. **A**lio modo & secūdo id incōica
bile dicitur esse. quod non est aptum natū comunicari
alteri tanq̄ forma suo subiecto. iuxta quem modum
substantia composita dicitur in comunicabilis. ut
patuit ex autoritate Aristotelis adducta superius.
Tertio & ultimo modo ideo aliquid dicitur incōicabile
quia nō potest alteri tanquam supposito uel persone
cōmunicari. **A**d cuius incōmunicabilitatis notitiā
matorem habēdam notandum est q̄ incōmunicabile
importat negationem quādam cōmunicationis siue
cōmunicabilitatis. Et ideo sicut est triplex genus ne
gationis. ita incōmunicabile hoc tertio modo sūptū
potest tripliciter sumi. **E**st enim quedam negatio
negās solum actum: quemadmodū si daretur aliqua
superficies omni calore carens. talis inquam dicerēt
non colorata. ut si non negat solum actum. non autē
ut negat potentiam siue aptitudinem. Quoniam & si
in casu isto superficies illa affirmaretur non colorata
id est actu non habens colorem: esset tamē cum hoc
potens: seu apta nata ad habendum in se colorem.

Altera uero est negatio: quę non modo negat actum
sed etiam potentiam. simul & naturalem aptitudinem
ad actum: talis inquam negatio cōnotat. seu inducit
in subiecto cui inest. impossibilitatem quandam et
repugnantiam ad actum: eo modo quo dicimus An
gelum non esse album. per hanc enim negationem
denotatur non solum q̄ angelus non est actu albus
sed etiam q̄ nullo modo in se albedinem potest hēre
immo et q̄ nec est aptus natus illam naturaliter in se
habere. Sed omnino impossibile est eam in se habere.
Alia est negatio quę negat actum. simul & aptitu
dinem naturalem ad actum. non tamen negat poten
tiam. neq̄ inducit impossibilitatem ad actum. sicut ē
negatio qua locus superior negatur a graui. illa qdē
negat actum. dum dicimus graue non esse sursum:
negat. si super naturalem aptitudinem. cum graue nō
sit aptū natum ex sui natura esse sursum ut patet ex
Aristotele quarto physicorum. Talis tamen negatio
non negat potentiam ad esse sursum. cū graue sursum
esse possit. ut experientia manifestat. **A**d propo
situm igitur premissam distinctionē reducētes. dicimus
incōmunicabile persone aut supposito. potest tribus
modis intelligi. uno qdē modo: ut negatio illa negat
actum tantum. secundum quem modum dicimus.
id esse persone uel supposito incōmunicabile: quod
non est illis actu cōmunicatum: habet tamē cum hoc
naturale aptitudinē. siue potentia. ut actu supposito
aut persone cōmunicetur: ita q̄ ex sui natura aptū
natū est siue pōt supposito uel persone actu cōicari:

& secundum hūc modum dicimus animā itellectuā
a corpore separatam esse incōmunicabilem persone:
quia nulli tali est actualiter cōmunicata. quāuis possit
seu apta nata sit alicui communicari: saltem. ut pars
humane nature: quę natura apta nata est psonalitate
propria personari: qua et eiusdem nature partes pso
nantur. Potest etiā & talis aīa personari uerbi diuini
personalitate: qua & ipsa humana natura cuius aīa ē
uel esse potest pars personari potest: & tunc dicitur
personari personalitate alterius nature. ¶ Secundo
modo sumitur incōmunicabile supposito. aut psonē
ut li In iporat negationem. nō solum actualis cōmu
nicationis: sed etiam aptitudinalis. simul & potentie
ad cōmunicationem actualē. cōnotando omnimodā
impossibilitatem. & repugnantiam ad eam. ut illud
dicatur incōmunicabile supposito. uel persone. hoc
secundo modo: quod nec est actu communicatum:
neq; potest cōmunicari: nec naturaliter aptum natū
est communicari eis. immo oīno est impossibile ipsū
talibus cōmunicari: Secundum quem modū dicimus
diuinam personā esse persone uel supposito incōica
bilem ¶ Tertio uero & ultimo modo affirmat aliqd
personę aut supposito incommunicabile: pro ut li
i importat negationem quandam actus. simul & natu
ralis aptitudinis ad actum. non tamen negat poten
tiam: Secundum quem modum: illud dicitur esse
supposito uel persone incōmunicabile: quod non est
illis actu communicatum. neq; ex sui natura aptum
natum est eis cōicari: ita q; non habet inclinationem.

naturaliter ad cōmunicationē talem actualem habet
tamen potentiam ad eam: quę potentia & si ad actū
reducta non possit: per operationem alicuius agentis
naturalis: potest tamen ad eundem actum reduci p
actionem super naturalis agentis: ppter quod nō in
conuenit illud tale. supposito aut persone. saltē super
naturaliter actu communicari: & hoc modo dicimus
naturā socratis siue petri alieno supposito siue psonē
alterius nature: esse incōmunicabilem: cum ei non sit
actu comunicata: nec naturaliter apta nata sit eidem
communicari: cum ex se sit naturaliter inclinata sup
positari seu personari in propria persona. quo tamen
non obstante comunicari potest persone alterius na
ture puta diuine propter obedientialem potentiam:
quam ut creature ceterę habet ad deum: rōne cuius
potest persona diuina ipostatice assumi: eidemq;
communicari ¶ Quibus sic habitis ad declarationē
tertię pprietatis in diffinitione psonę posite. Ponū
tur quatuor conclusiones: quarum prima est talis.
Persona est incōmunicabilis pluribus indiuiduis seu
singularibus. quę conclusio sic declaratur quoniam
iuxta Boetium. Persona est substantia indiuidua. de
ratione autem indiuidui est: ut sit incommunicabile
pluribus singularibus: cum tantum sit de uno solo p
dicabile ex Porphrio superius allegato: & ex descrip
tiōe substantię primę quā Aristoteles i suis tradidit p
dicamentis. Ex qua conclusione sequitur q; huma
na natura uniuersaliter & specificē sumpta. non est
psona. cū tali careat incommunicabilitate ¶ Secūda

conclusio . Persona est incommunicabilis . ut forma subiecto suo: Hec conclusio probatur . quia ut declaratum est . Persona est quoddam subsistens ut subsistere diuiditur contra esse subiectiue in alio . Id aut quod sic subsistit non est alteri communicabile . ut forma subiecto suo ex qua conclusione . sequitur quod anima intellectiua a corpore separata non est persona : cum sit corpori commuicabilis ut perfectio suo perfectibili & forma suo subiecto . **T**ertia conclusio . diuina persona est incommunicabilis alteri persone . siue supposito . incommunicabilitate negante communicationem actualem . atque potentiam . & aptitudinem ad eam . & inducente omnimodam repugnantiam . siue impossibilitatem ad talem communicationem actualem . **H**ec conclusio probatur . quonia si persona diuina aliquo modo alteri persone communicari posset . tunc aut illa persona cui communicaretur . esset persona increata aut creata . non est dicendum primum quia cum ea que comunicantur persone . personentur personalitate illius persone cui comunicantur . tunc sequerentur unam personam increatum posse . duabus personalitatibus increatis personari : quod inconueniens uidetur quia per idem una persona increata posset esse due persone increate . quod implicare uidetur . Si uero persona illa esset creata : tunc sequeretur unam personam increatam . personari posse duabus personalitatibus . Altera quare . esset creata . & altera increata . quod non uidetur dicendum : quia per idem . dici posset : quod una persona increata posset esse due persone . Altera qua

re esset creata . & altera increata : quod dicere absurdum esset . Ex hac conclusione sequitur quod nec diuina essentia nec aliquod diuinorum : personis diuinis communicabilium . est de se persona . **Q**uarta conclusio . Persona creata est incommunicabilis supposito . seu persone alterius nature . ut si incommunicabile negat actum . ac naturalem aptitudinem ad ipsum : non tamen ut negat potentiam . que conclusio sic declarat quia persona creata manente ipsius propria personalitate . non est actu comunicata alieno supposito . seu alteri persone : quia tunc esset persona duabus personalitatibus : ut patet ex predictis : quod tamen non est dicendum . neque apta nata est stante propria personalitate : ob eandem rationem comunicari alteri persone : quia tamen persona creata : creatura quedam est : habet ad deum obedientialem potentiam : ratione cuius : potest ab altera diuinarum personarum assumi . & eidem a diuina trinitate comunicari . que cum sic fuerit assumpta . cessat propria personalitate personari : cum iam sit alteri persone actu comunicata : quod secum non patitur ut propria personalitate personetur . **E**x quibus aliqui sequuntur : & quidem precipua . primum est . quod natura creata : non supponatur in se : siue personatur per solam incommunicabilitatem negationem solius naturalis aptitudinis ad comunicari actu . alteri supposito uel persone . patet istud . quia cum humana natura in diuino uerbo negationem talis naturalis aptitudinis habeat : sequeretur quod humana natura in uerbo esset persona propria personalitate . & sic diuinum uerbum

personam creatam assumpsisset : contra Damascenū
tertio suarum sententiarum dicentē . Diuinum uerbū
humanā assumpsisse naturam in athamo . idē in ppria
singularitate & non in propria persona ¶ Secundum
quod sequitur expremissis est tale . q̄ creata natura
quemadmodum est natura humana : personatur siue
suppositatur in se . per incōmunicabilitatē ad psonā
extrinsecam : ut si in . negat actualem communicatio
nem . simul & aptitudinalem . ex quo apparet q̄ hu
mana natura uerbo diuino ipostatice unita . nō habet
ppriam personam . cum sit communicata actu diuino
uerbo : quod est suppositū alterius nature ¶ Tertium
quod sequitur est q̄ natura creata non suppositatur
siue personatur in se per aliquod posituum . Sed per
solam negationem duplicis cōmunicationis uidelicet
actualis & aptitudinalis . quę negatio in mediate fun
datur super esse in diuiduali & posituo talis nature :
propter quod habemus dicere : quod humana psona
seu humanū suppositū . nil aliud est quā . hec natura
humana singularis & indiuidua . non communicata
actualiter alicui supposito extrinseco . neq̄ alicui tali
naturaliter communicabilis ¶ Pariformiter supposi
tum sanguis nil aliud est : quam natura sanguis . iam
singularis effecta : quę nec est actu cōmunicata : neq̄
naturaliter communicabilis . alicui extrinseco suppo
sito . siue alterius nature : & sic dicendum est de aliis
¶ Persona ergo siue suppositum creatum . per solam
negationē . & nō per aliquod posituum . distinguitur
a singulari creato . ¶ Quod autem suppositum siue

persona creata : nihil posituum addat ad singulare :
Arguitur sic . Quoniā cum ens ex philosopho septimo
Metaphisice . & quinto . similiter & tertio physico
rum . sufficienter diuidatur in accidēs & substantiā
tunc tale posituum : quod adderet suppositum siue
psona ad singulare : aut accidens esset : aut substantia :
sed non posset dici accidens : cum accidens non sub
sistat . siue per se existat . sed in alio sit inherenter . ex
philosopho in predicamento substantie . & septimo
quinto metaphisice . Id autem quod non potest p
se existere . non potest esse causa qua substantia sub
sistat . siue personetur : quod tamen sequeretur : cum
suppositum & persona dicantur subsistere : siue per
se existere . per illud per quod in esse personali : siue
suppositali constituntur . Nec etiam potest dici : q̄
tale posituum additum singulari : sit substantia : quā
esset materia : aut forma : aut compositum . ex sufficiē
ti diuisione substantie : ab Aristotele data secūdo de
anima . Non autem dici potest q̄ talis sit substantia .
quę est materia . quia tunc in qualibet persona creata
essent due materie . una quaz essent indiuidui : siue
nature singularis . que est composita ex hac materia
& ex hac forma iuxta Aristotelē quinto metaphisice :
esset etiam & altera materia quę esset suppositū .
siue persone : quam adderet ad singularem naturam
¶ Nec est dicendum q̄ illa substantia sit forma : quā
tūc in quolibet supposito creato . siue psona : essent
due forme : quarum una esset nature singularis : et
alia psona siue suppositi : & per simile dici nō potest

q̄ talis substantia addita : sit composita substantia :
Secunda Principaliter ad idem arguitur sic . Querē
do de positio illo . quod per se addit persona siue
creatum suppositum ad singularem naturam . . Aut
illud est : a diuino uerbo assumptibile . aut non . Si re
spondeatur q̄ sic . tunc arguitur contra . Quoniā cū
persona ut superius extitit declaratum : sit incōmu
nicabilis alteri persone : sequitur q̄ multo magis id p̄
quod persona constituitur in esse personali : erit alte
ri persone incōmunicabile : cum ex primo posteroꝝ
ab Aristotele nobis tradatur . Quod propter quod
unū quodq̄ tale & illud magis . & sic tale positium
nō esset a uerbo assumptibile . ¶ Si uero dicas : q̄ tale
nō sit assumptibile a uerbo . tunc sequeretur . q̄ esset
incurabile : & sic nō omne positium reale homine exis
tens . fuit curatum quod non est dicendum . & p̄bat
consequentia ex dicto Damasceni . in tertio suarum
sententiarum dicentis . Quod est inassumptibile est
incurabile . ¶ Item arguitur q̄ non sit inassumptibile : q̄
cum omne positium creatū . sit in obedientiali po
tentia respectu dei : quemadmodum & ipsa natura
humana . tunc sequitur q̄ sicut natura humana : p̄pter
suam obedientialem potentiam . fuit a diuino uerbo
assumptibilis : sic & illud positium creatū foret assump
tibile : & per consequens et ipsa persona creata . accep
ta in suo esse personali . posset communicari alteri p̄
sone : cuius oppositum superius fuit ostensum .

SED circa predicta occurrunt aliqua dubia : &
primo circa unum quod dicebatur : scilicet q̄

natura humana non suppositatur seu personatur per
solam negationē aptitudinalis communicationis ad
alienum suppositum . cum negationem banc huma
na ipsa natura uerbo diuino unita retinuerit . ¶ Cōtra
q̄ Arguitur sic . quia isto dato sequeretur q̄ natura
humana : esset uerbo diuino uiolenter unita & cum p̄
philosophum secundo celi & mundi : nihil preter na
turam . seu uiolentum sit perpetuum . & sempiternū .
sequeretur : q̄ natura humana non esset perpetuo di
uino uerbo unita : immo aliquando esset ab eo separā
da : quod tamen fides nostra non tenet : quę ponit uī
culum incarnationis idissolubile : & probatur prima
consequentia : quoniā : Id quod alicui conuenit p̄ter
suam naturalem aptitudinem . siue inclinationem . ē
sibi preter naturale . & uiolentum : quemadmodum eē
sursum se habet aspectu grauis . Sed cū per dicta su
perius : natura humana in uerbo sit ex se apta nata
personari in se . ac non communicari supposito extra
neo igitur cum existens in uerbo unita & communi
cata sit supposito extraneo . Relinquit q̄ talis unio
seu communicatio sit sibi uiolenta . ¶ Ad quam dubi
tationem saluo meliori iudicio respondemus : negan
do primam consequentiam . et ad probationem : di
cimus : q̄ et si graui secundum se simpliciterq̄ . et ab
solute sumpto . sit p̄ternaturale moueri sursum : pōt
tamen naturaliter sursum moueri ad magnetem : ob
q̄litem quandam occultā tali graui . ut puta ferro
a magnetem ipressam : ratione cuius q̄litis . tale ferrū
in talem motū naturaliter inclinā . ¶ Ad propositū .

igitur dico q̄ & si humana natura habeat incommu-
nicabilitatem illam naturalem. habeat tamen cum ea
obedientialem potentiam respectu dei. secundum
quam apta nata est deo obedire. ratione cuius potē-
tie. communicatio illa ad diuinum suppositum. non
efficitur sibi uiolenta: quā dicatur supra naturam:
seu supernaturalis. Supernaturale autē non est uio-
lentū: quēadmodum si daretur uacū. graue moue-
retur sursum ad replendum locum non quidem uio-
lēter: sed supra naturā ipsius quia talis motus fieret.
uirtute uniuersalis nature. uacuum abhorrentis:
Secundo dubitatur circa unam conclusionem superi-
us positā: in qua dictum fuit: q̄ persona diuina ē
incomunicabilis. ut si in negat omnē communicatio-
nem. & inducit impossibilitatem ad communicari. In
alia uero conclusione dictum fuit: q̄ persona creata ē
incommuicabilis: ut si incommunicabile importat
negationem communicationis tam actualis q̄ aptitu-
dinalis: & non ut importat negationem potentie: &
dicebatur ulterius: q̄ talis incommunicabilitas non ī-
ducebat omnimodā impossibilitatem ad communi-
cari. **Ex** quibus apparet q̄ ratio persone: non est uni-
uoca persone create & increate: cuius oppositū doc-
tor subtilis Scottus. cum tota eius scola tenere ui-
detur. Ad quam difficultatem dicimus: q̄ incom-
municabile: ut dicit negationem actus. ac naturalis ap-
titudinis: uniuoce conuenit. persone create: & incre-
ate eo tamē modo quo negatio potest aliquibus uni-
uoce conuenire: & hoc intellexerunt Scotiste. dum

et amoueat. Sic apud nostros Augustinum Hiero-
nymum. Ambrosium. Gregoriumq̄ diuinę domus
zelo exesos contra hereticos et latrasse et rugisse le-
gisti. Sic apud gentiles. P. Cornelium: et Leuium
Pamphilū consules Romanos egisse meministi. Qui
inuenta in agro. L. Pecilii a fossoribus Lapidea arca
quę libros gręcos et latinos cōtineret: Latinos qui-
dem magna reuerentia asseruādos curauerunt: Grę-
cos autem qui ad soluendam religionem pertinere
existimabantur senatus auctoritate cremari iusserūt.
Bene igitur ac optime factum est. B. pater ut tua hęc
tanta theologia et sapiā in uno uolumine apud unū
non delitesceret: sit uq̄ et otio absumeret: at per mil-
lena uolumina conscripta totū terrarum orbem cō-
pleret. Vt sicut apud Christianos oēs maiestatis tuę
nomen resonat: sic ab omnibus et tua uolumina sapi-
entię grauitatis & elegantię plena legerentur. Perge
itaq̄ Xyste beatissime ut facis libros cōponere: quos
ego. S. tuę et seruus et cliens pergam exscribere. p̄ge
te immortalē operibus facere: qui iam gradu et noīe
ęternus factus es. Iohannem Philippum de Lignam
Messanē Siculū insuper. B. pater ita cōmendatū in
oībus habeas: ut. S. tuę seruū: ut egenū: ut fidelissimū
immortalitatisq̄ et laudum tuarum studiosissimum.

dixerunt personam uniuoce de creata & increata p̄
dicare . Sumendo tamen incommunicabile ut indu
cit omnimodam repugnantiam ad communicari sic
dico : q̄ ita conuenit diuinis personis q̄ non creatis :
& quantum ad istud nulla est persona in creaturis :
Vnde quia ratio persone perfecte est esse incommu
nicabile ut incommunicabile dicit negationem actua
lis & aptitudinalis communicationis ac inducit oīmo
dam repugnantiam ad communicari . Idcirco tenen
dum est . q̄ in deo solum & non in creaturis est p̄fecte
persona ¶ Tertio dubitatur circa conclusionem illā
in qua dicebatur q̄ persona creata constituit forma
liter in esse personali per solam negationem commu
nicationis actualis & aptitudinalis ¶ Cōtra hoc Ar
guitur sic . Id non est primum constitutiū formale p̄
sone create quod de se non est incommunicabile : sed
negatio de se non est incommunicabilis : igitur non
est p̄sone create primo & formaliter constitutiua . te
net consequentia cum maiori . cū persona sit incōmu
nicabilis ratione : sui primi & formalis constitutiui :
oportet igit̄ ut illud de se sit incōmunicabile . alioquī
non posset dari alteri esse incommunicabile : minor
uero probatur . Quia secundum uulgatam sententiā
si negatio aliqua incommunicabilis esset hoc sibi cō
ueniret ratione alicuius incommunicabilis affirmatio
nis in qua haberet fundari p̄ ut dicunt theologi de
ingenito quod solum diuino patri conuenit . Est enī
tale ingenitū alius diuinis personis incommunicabile
rōne p̄mitatis originis soli patri ī diuinis cōueniētis

Dicimus namque solum patrem esse ingentem quia solus est prima diuina persona: quod nulla est origine prior. **S**ecundo ad idem Arguitur sic. Consueuimus enim arguere in diuiduum constitui esse indiuiduali per realitatem posituam ex hoc quia naturam diuidui in plura singularia est imperfectionis in ea. cum per id arguatur in ea potentia que est imperfectio: igitur illud per quod a natura hec imperfectio tollitur debet esse entitatis positue siue alicuius perfectionis. tale autem est id per quod natura constituitur in esse indiuiduali: quo fundamento stante. arguo a simili sic. Naturam creatam dependere ab extrinseco supposito est imperfectionis in ea. igitur illud per quod sibi hec imperfectio aufertur erit ens dicens perfectionem & per consequens posituum. Tale autem est id per quod persona creata constituitur in esse personali igitur creata persona per aliquod ens posituum in suo esse personali necesse est ut constituatur. **A**d has obiectiones respondetur saluo semper saniori iudicio. Quod negationum quemadmodum aliquando superius fuerit declaratum. Quedam est negatio simpliciter ut est illa que non modo negat actum sed & naturalem aptitudinem atque potentiam ad ipsum actum. Alia uero est negatio secundum quid: que & si neget actum ac naturalem aptitudinem ad eum. potentiam tamen ad actum non tollit: neque repugnantiam ad ipsum inducit. **A**rgumentum igitur primum concludit loquendo de negatione simpliciter de qua concedo quod non est persone create formaliter constitutum: cum quo tamen stat quod creata

persona in esse suo personali constituitur per negationem secundum quid: cuiusmodi est incommunicabilitas illa superius memorata: que & si auferat actum simul & naturalem aptitudinem ad ipsum: potentiam tamen ad eundem minime tollit. **N**egationes autem tales secundum quid possunt de se esse proprie & incommunicabiles: quod non conuenit negationibus simpliciter. Quemadmodum de ingento soli eterno patri conueniente superius factum argutum. Dicit tamen posset quod talis negatio secundum quid persone create formaliter constituitur: que immediate fundatur super natura indiuiduata presupponit etiam in tali natura quamdam passionem posituam ut puta aptitudinem naturalem: qua natura illa singularis apta nata est in se personari seu suppositari & hoc sufficit ad hoc ut illa negatio secundum quid dicatur esse propria. Ad aliud Argumentum respondemus. Quod id per quod natura constituitur in esse indiuiduali non solum oportet esse posituum ex eo quod tollit diuisibilitatem a natura. sed etiam quia negatio illa qua indiuiduum est incommunicabile alteri indiuiduo: est negatio simpliciter: que de se non est propria & per consequens nec per se incommunicabilis. Ideo presupponit aliquod posituum constitutum ipsius indiuidui in quo eius incommunicabilitas fundatur. Quia tamen incommunicabilitas persone create est negatio secundum quid ideo non neget tali posituo constitutuo persone sed immediate fundatur in singulari natura in qua presupponit passionem illam superius memoratam secundum quam

natura ipsa denominatur apta nata in se personari.

Declaratur quid sit suppositum.

Declarato quid nōis psonae: Restat ut declaremus quid sit suppositū: quod iuxta doctorū cōm sententiā: nil aliud est: quā substantia quedam incōicabilis. siue fuerit rationalis nature siue non. Incommunicabilis autem subsistētia sumenda est in hac descriptione sub simili intellectu quo in descriptione psonae superius declarata: accepta fuit. & ex hac descriptione suppositi multa sequuntur. primū. Quod omne suppositum est substantia. & solum in substantia suppositū inuenit. **S**ecundo sequit̄ quod omnis psona est suppositū & non econuerso. **T**ertio quod suppositū creatum illis omnibus modis & solum illis modis est incommunicabile quibus persona creata. **Q**uarto sequitur. quod suppositum increatū omnibus illis modis & solum illis modis est incōmunicabile quibus psona increata. Quibus autē modis sint incommunicabiles psona creata & increata: diffuse fuit superius declaratū. **Q**uinto sequit̄. quod suppositū creatū quēadmodum & persona creata constituitur in esse per solam negationem duplicis communicationis. In creatum uero suppositum sicut & persona increata formaliter cōstituitur in esse per aliquod positiuū in quo fundat̄ negatio talis duplicis cōmunicationis. **S**exto sequit̄ quod persona hoc solum addit ad suppositum quod scilicet est intellectualis nature & sic communis ē suppositū

quā persona ut superius dicebatur. **H**ec omnia sunt satis manifesta sollicite cōsiderāti singula: quae paulo ante de persona creata simul & increata dicta fuere.

Descriptio indiuidui siue singularis

Postquā declarauimus quid est suppositum. Nūc declarandum est quid sit singulare siue indiuiduū. **U**bi aduertendum est. quod singulare siue indiuiduum a philosophis sic describitur. Singulare est id quod non est de pluribus predicabile. quod qua descriptione ostendit quod singulare ē incōicabile incōicabilitate opposita cōmunicabilitati: qua aliquid fertur singularibus pluribus communicabile quemadmodum dicimus uniuersale communicari: cū hac tamē incōicabilitate indiuiduo seu singulari cōueniente: stat ipsius cōicabilitas ad subiectum: qua hec anima intellectiua indiuidua & singularis a corpore separata ē ipsi corpori communicabilis. consimiliter & accidentia singularia in eucharistie sacramēto separata a subiecto sunt ipsi subiecto communicabilia. Cum hac insuper incommunicabilitate in diuiduo siue singulari cōueniente stat cōmunicabilitas eius ad suppositū. Quoniam humana natura a uerbo diuino assumpta est singularis & indiuidua & per cōsequens incommunicabilis pluribus singularibus: fuit tñ cōmunicabilis diuino supposito: cui & actu est communicata. Suppositū ergo addit ad singulare & indiuiduū negationem duplicis cōmunicationis. scilicet ad subiectū & ad psonā siue suppositum

addit etiam hoc quod est esse substantiam: cū omne suppositum dicatur esse substantia: ut satis ex p̄cedentibus apparet. non aut̄ omne singulare. cum et singularia in accidentibus inueniantur. Ex quibus sequit̄ q̄ omne suppositū ē singulare et nō ecōuerso quoniam hec anima intellectiua licet & indiuidua accidentium est singularis. non tamen suppositum ut satis liquet ex premissis.

Ostenditur quid sit particulare.

Alius terminus declarāndus ē hic terminus particulare: quod quidem ut hic a nobis accipit̄: Est omne id quod est pars subiectiua alicuius totius uniuersalis: siue pars subiectiua fuerit pluribus indiuiduis cōmunicabilis ut se habet natura specifica: siue nō est indiuiduū & singulare. & ita species respectu generis potest dici quid particulare. Ex quibus apparet q̄ indiuiduū seu singulare: addit ad particulare incōmunicabilitatem ad plura indiuidua. & ita omne indiuiduum cum sit pars subiectiua alicuius totius uniuersalis dicetur particulare. non aut̄ omne particulare est singulare & indiuiduū. cum species in ordine ad ipsum genus sit quid particulare: ut dictum est: non tamen est singulare siue indiuiduum ut cuilibet instructo in Dialectica disciplina est manifestum.

Descriptio incarnationis siue hypostatice unionis.

Ostenso quid sit persona suppositūq; ac indiuiduū & particulare, restat ulterius ut declaremus

quid sit incarnatio seu assumptio: aut unio humanitatis siue nature sanguinis ad dei uerbum. ¶ Ad quorum declarationem formantur aliquę cōclusiones: Quę aliquę erūt negatiue: alię uero affirmatiue. Sit ergo prima conclusio talis. ¶ Unio ipostatica humanitatis ac nature sanguinis respectu diuini uerbi nō est quid absolutum: quod probatur sic. Illud cuius esse est ad aliud esse: non est absolutum ex philosopho in predicamentis: sed esse talis unionis ē ad aliud esse: cum unio sit alicuius: siue aliquorū unitorum unio. igit̄ & cetera. ¶ Secunda cōclusio sit ista. Unio p̄dicta non est respectus rationis siue ab anima fabricatus: quod probatur sic. Quia illud a quo natura humana siue sanguis realiter denominatur: non est ens rōnis ut constat. sed humana natura: siue natura sanguis denominatur realiter siue ex natura rei unita uerbo: ita q̄ amoto omni opere intellectus adhuc ē uerbo unita: igitur talis unio non est ens rationis. ¶ Tertia conclusio sit ista. Hęc unio in uerbo non importat respectum reale: per quē ipsum uerbum ad humanā naturā: seu ad naturam sanguis ex tempore referat̄. Quia ex sententia theologorū: dei ad creaturam nō est respectus realis: siue ex tempore ut in primo sententiarum facti theologorū euentissime deducunt. ¶ Quarta conclusio. Unio iam dicta non est respectus intrinsecus adueniens: qui uidelicet sit eiusdem rōnis in utroq; extremorum. put̄ est similitudo & eq̄litas in extremis similibus & equalibus. Hęc conclusio patet ex fundamēto iam tacto ī probatiōe imediate:

precedentis conclusionis. **Q**uinta conclusio talis est. Unio ista non est respectus causati ad causam: seu causati posterioris ad causatum prius ita quod sit idem dicere humanitatem: aut naturam sanguinis uerbo diuino uniri: quod a uerbo causari: Quoniam cum talis relatio ut puta causati ad causam terminetur ad totam trinitatem sequeretur quod tota trinitas fuisset incarnata aut sanguini unita. Similiter si esset causata posterioris ad causatum prius: cum unio ista terminetur ad uerbum diuinum sequeretur quod uerbum diuinum esset causatum: quod est absurdissimum dicere & contra fidem seu ueritatem. **S**exta & ultima conclusio talis est. Incarnatio est unio quedam: siue dependentia humanitatis: quod ipsa humanitas dependet a supposito diuini uerbi. non quidem in aliquo genere cause: sed sicut sustentatum a sustentate: talis igitur unio est relatio quedam ordinis posterioris ad prius: siue est relatio quedam dependentie sustentati ad sustentans: que est omnino alterius rationis a relatione ordinis seu dependentie: qua causatum dependet a causa. **C**onsimiliter dicendum est de unione nature sanguinis ad idem dei uerbum: que omnia ut clarius intelligantur. notandum est quod accidens respectu sui subiecti habet duplicem respectum: quorum alter est informantis ad informatum secundum quem accidens ipsum se habet: ut quidam actus respectu subiecti sui. Ipsum uero subiectum ut potentiale quoddam: siue materialis causa ipsius accidentis & ut sic accidens dependet a subiecto suo dependentia causati ad causam: que

arguit imperfectionem in subiecto ut puta possibilitatem seu potentiam. Alium respectum habet ad subiectum ipsum qui est sustentati ad sustentans. cum subiectum sustentet accidens. accidensque ab eo sustentetur. Et hic secundus respectus differt a priori cum in subiecto imperfectionem non arguat: Sed magis dignitatem quod non facit respectus prior. Quemadmodum si quis imaginaretur: quod accidens subiectum suum non informaret neque ab eo materialiter dependeret. Posset tamen adhuc accidens ipsum in tali subiecto sustentari: respectuque ipsius habitudinem ordinis posterioris sustentati ad prius sustentans habere: Que quidem habitudo dependentiam quandam importaret: alterius tamen rationis a dependentia causati ad causam. **A**d propositum igitur redeuntes dicimus. quod hec relatio unionis siue incarnationis: nihil aliud est quam relatio quedam ordinis siue dependentie: qua posterius ut sustentatum siue per modum sustentati dependet a priori eum sustentante. ut puta natura humana siue natura sanguinis ab ipso diuino uerbo. Ipsa namque sustentatur a uerbo: que relatio non est causati ad causam. sed est simillima relationi dependentie: qua accidens ad sustentatum a subiecto suo dependet ut a sustentate. **T**alis inquam relatio unionis fundatur in humana natura in esse indiuiduali sumpta. Terminatur autem non quidem ad diuinam essentiam: Quonia cum ipsa sit communis tribus diuinis personis. Tunc tres persone diuine incarnate fuissent. Sed terminatur ad diuini uerbi personam acceptam secundum ipsum

ppriū esse secundū qđ ab aliis psonis duabus diuinis
differt & distinguuntur . Propter quod uerbū diuinū
fertur solum fuisse incarnatum . Natura tamen illa
humana assumpta siue incarnatio illa dependens fuit
a tota trinitate uno deo : uti a sua causa effectus .
Consimili modo dicēdum est de sanguine xpi uerbo
unito : ipsiusq; unione ac causatione .

Difficultates contra p̄dicta emergentes .

Sed circa dicta emergunt nō nulle difficultates.
Prima quarum talis est. **S**i unio illa ut sup̄ius
fuit determinatum non est formaliter neq; realiter ī
uerbo . Tunc diuinum uerbum non denominaretur
formaliter aut realiter incarnatum: Cuius oppositum
tenet fides nostra . Et p̄batur consequētia . Quoniā
nihil formaliter aut realiter denominatur tale nisi ab
eo solū quod est formaliter aut realiter in eo . **A**d
quam difficultatem dicimus . qđ diuinum uerbū ideo
potest formaliter aut realiter incarnatum denominari
Quia in eo est formaliter & realiter aliquid talem in-
carnationem siue ipostaticam unionem terminans :
Cuiusmodi est formale eiusdem uerbi constitutiū .
Et quia unio illa est temporalis . Idcirco ex tempore
seu tēporaliter terminat ad illud : quod ē formaliter
& realiter in uerbo p̄pter qđ ipm uerbū formaliter
& realiter atq; ex tempore dicitur incarnatum : siue
humanam naturam sustentās . Nec ad hoc ut uerbū
dicatur realiter aut formaliter incarnatum: Necessē

est ut ī se formaliter & realiter habeat talem respectū
siue habitudinē: Sed sufficit qđ in se aliqd formaliter
& realiter . contineat talem aptitudinē siue respectū
terminans . siue per quod uerbū ipsum talē habitudi-
nem aut respectū: seu sustentationē aut dependētiā
illam passiuam in humana natura fundatā terminat :

Secunda difficultas hec est . Non enim uidetur: qđ
incarnatio: siue ipostatica unio respectum importet
ut superius dictum est . Quia hoc dato sequeretur .
qđ ad relationem esset p se motus siue mutatio cōtra
philosophū quinto & septimo physicorum : & p̄bat
consequētia sic . Quoniam cum humana natura in-
diuidua & singularis fuit a uerbo assumpta: Nihil
natura illi fuit acquisitum preter relationem illam
unionis ac uerbum . Igit̄ sola illa relatio talis nature :
mutationem terminauit : per quam mutationem ip̄a
natura : tunc aliter se habuit q̄ prius . **A**d hāc diffi-
cultatem respondemus iuxta intentionem doctoris
subtilis Scoti . qđ relationes ut ad presens spectat
sunt in triplici differentia . **Q**uedam nanq; sunt :
quarum fundamēta ad suum esse necessario exigunt
terminos talium relationum: ita qđ absq; terminis ip̄is
fundamenta talia esse nequeunt: quemadmodū sunt
relationes creature ad deum . Constat enī creaturas:
tales relationes fūdantes: sine deo qui eas terminat
esse non posse . **A**lie uero relationes sunt : que cōi-
uocabulo : intrinsecus aduenientes nominātur: eo qđ
mox ponuntur extremis earum positis : Quarū fun-
damēta & si eē possunt absq; earū terminis: fūdamentis

tamen earū & terminis in esse positis illico relatōnes
tales insurgunt . Quemadmodū est similitudo duarū
albedinum et cetera huiusmodi . Relationes autem
prime sunt realiter idem suis fundamentis : he uero
secundo loco dicte minime : Huius autem causa . ex
superioribus facile inuestigari posset . **A**lie autem
sunt relationes extrinsecus aduenientes nominate :
quę nō statim insurgunt : eaz̄ extremis in eē positis .
Quemadmodum est respectus locati ad locum qui
dicitur ubi . Tales namq; relationes siue respectus nō
statim in esse ponuntur positis extremis ut dictum ē
Dicimus igitur ad difficultatem q̄ ad relationes
primi & secundi generis non est per se motus seu mu-
tatio perfectate tertii modi dicendi per se . Et de is-
.v. & .vii. physicorum . Aristoteles intellexit & nō de
respectibus tertii generis . quoniam ad ubi est per se
motus localis . Similiter si accidentia in eucharistie
sacramento separata a subiecto reunirentur alicui
subiecto : acquirerent solam illam unionem & ad eam
mutarētur & sic ad unionem illam esset p̄ se mutatio .
Idem dicendum est de anima intellectiua a corpore
separata cum postea corpori unitur . De talibus autē
respectibus Aristoteles dicta sua non intellexit : de
quorum numero est ipsa incarnatio seu hypostatica
unio nature ad uerbū : Ex quo nō incōuenit unionē
talē p̄ se p̄fectate tertii mōi mutatōem illā terminasse

Probationes cōclusionū i prima
ueritate contentarum .

Declaratis terminis nostre prime ueritatis : euacu-
atisq; uariis difficultatibus contra declarationē
adductis : restat consequenter ut conclusiones in p̄-
missa ueritate cōtētas declaremus : quę breuitatis
gratia ad duas redigūtur : quarum prima sic format̄
Verbum diuinum cū caro factum est nō assumpsit
hominis personā similiter nec suppositum sanguinis :
quę conclusio arguitur sic . Quia eius opposito dato
sequeretur : duo contradictoria de eodem omnino
simul & semel uerificari : cōtra philosophum quarto
methaphisice : Consequentia probatur . Quia p̄sona
sicut & suppositū ex superius declaratis indepēdens
est ab alieno supposito : siue a persona alterius nature
Si igitur humana persona in esse suo personali &
proprio a diuino uerbo fuisset assumpta : tunc ex eo
q̄ humana persona : fuisset a uerbo independens : Ex
eo autem q̄ ab eodem uerbo assumpta : fuisset ab eo
depēdens : & p̄ consequens simul & semel depēdēs
a uerbo & nō depēdens : fuisset etiā eidē uerbo actu
communicata & nō communicata : quę cōtradictoria
esse nōscuntur . Simile argumentum fieri potest de
supposito sanguinis q̄ . si . nō fuerit a uerbo assumptū .
Difficultas .

Sed circa hanc cōclusionem occurrit talis diffi-
cultas . Cum enim diuinum uerbum humanam
assumpsit naturam itēgram & perfectam : rōnabile
uidetur q̄ & assumpsit quicquid dignitatis in ea
reperitur . Cum autem persona dignitatem quandā
iportet : ut ex eius descriptione superius posita satis

liquet uidetur igitur quod diuinum uerbum humanam
acceperit personam. Ad quod respondemus quod & si
negatio sumpta formaliter dignitatem non importet:
materialiter tamen seu fundamentaliter accepta potest
dignitatem importare. Quoadmodum se habet negatio
personae create in esse personali formaliter constitu-
tua: Illa enim materialiter & fundamentaliter dignita-
tem importat: cum non insit nisi rationali seu intellectuali
nature: que naturis ceteris ratione carētibz dignior
extat. Et secundum hoc non inconuenit quod diuinum
uerbum assumendo humanam naturam: non assumpserit
personam humanam quantum ad esse suum formale:
quod est esse negatiuum secundum quod persona
dignitatem non importat. Assumpserit tamen idem
uerbum humanam personam: quo ad suum fundamen-
tale esse siue materiale: secundum quod importat dignitatem:
quod non est aliud quam assumere naturam humanam in
diuidualem non communicatam actu alicui supposito.
Vel aliter possemus dicere quod aliquae negationes
etiam formaliter sumptae dignitatem quandam impor-
tant: Quoadmodum dignitatis est in papa non esse
genere ignobilem. Et secundum hoc concedo quod
persona siue sumpta formaliter siue materialiter dig-
nitatem importat. Et ulterius ad argumentum dicimus
quod quis diuinum Verbum assumendo humanam naturam
assumpserit omne positium in ea dignitatem importat:
necessarium tamen non fuit: ut cum tali natura nega-
tionem quamlibet assumeret in ea dignitatem impor-
tantem: puta est negatio humane personae formaliter

constitutiuam. **S**ecunda conclusio in superiori uentata
contenta haec est. Verbum diuinum humanam assumpsit
naturam indiuiduam siue singularem pariformiter &
naturam sanguinis: que conclusio deducit ex Damasceno
in tertio libro suae sententiarum dicens. Fuit in qua
assumpta in arbano: quod idem est quod indiuisibile
ab a quod est sine & thomas diuisio id est sine diuisione:
Quoniam natura illa non erat in aliquas eius partes
subiectiuas diuisibilis: puta sicut uniuersalis siue omnis
natura diuisi. Consimiliter a nobis dicitur quod
natura sanguinis ex eadem auctoritate conuictis.
Alias complures probationes ad hanc conclusionem
breuitatis gratia omittimus cum non intendamus
principaliter haec determinare nisi quantum sunt necessa-
ria ad declarationem & intelligentiam eorum que Christi
sanguine siue beate passionis tempore effuso dicturi
sumus: quae materia haec in nostro opusculo principaliter
intendimus pertractare.

Difficultates contra secundam conclusionem.

Sed circa hanc conclusionem secundo declara-
tam solent theologo mouere aliquas difficultates
prima quae talis est. Cum enim inter uniuersum & partem
esse debeat: ut philosophia tota attestatur: & inter
Verbum diuinum infinitum & humanam naturam finitam
proportio esse non possit: cum infinitum ad finitum
nullam habeat rationem: ex causa physicorum &
nulla sit proportio finiti ad infinitum ex philosopho
primo celi & mundi legitur apparet quod humana natura

siue natura sanguis non potuerit diuino uerbo uniri.
Ad quam difficultatem dicimus: quod proportio ut
ad presens spectat duplex est. Vna namque est proportio
que habitudo quedam est quanti ad quantum ut est
proportio dupli ad dimidium & ceteri huiusmodi. &
tales proportionales non possunt cadere inter infinitum
& finitum ut placuit Aristoteli. Alia uero dicitur
proportio que est habitudo quedam inter agens &
patiens: aut mouens & motum: seu dependens &
id a quo dependet: que proportio nil aliud est quam quedam
possibilitas seu potentia: aut uirtus qua agens potest
in passum agere & passum potest pati ab agente. &
qua mouens potest ab eo motum mouere & motum
a suo mouente moueri. & denique qua dependens potest
ab eo dependere a quo dependentiam habet. Talis
inquam proportio potest esse inter finitum et infinitum:
cum humana natura & finita possit dependere siue
sustentari a dei Verbo infinito infinitumque dei Verbum
ualeat eam: et sustentare possit. et de hac secunda
proportione non fuit philosophus in libris prealegatis
locutus. **S**ecunda difficultas talis est. Verbum
diuinum est magis seu plus distans a natura humana
siue sanguinis: quam contraria ab inuicem: eo quia contraria
finita sunt et per consequens finite distans. Verbum
autem diuinum infinitum est et per consequens infinite
distans a natura humana siue sanguis que sunt nature
finite. Cum autem contraria ex quarto metaphisice
simul esse non possint quod non ex alio uidetur proce-
dere quam ex eorum distantia: igitur multo minus. Verbum

diuinum et humana natura siue sanguinis in infinitum
distantia simul poterunt esse et per consequens nec
unum alteri uniri. **A**d quam difficultatem dicimus
quod procedit ex falsa imaginatione. imaginatur namque
contraria simul esse non posse propter eorum distantiam:
quod falsum est cum talia contraria minori distantia
distent quam accidens & substantia: quia sunt eiusdem
generis. & tamen substantia & accidens & non ipsa
contraria possunt simul esse & uniri. Dico igitur quod
contrariorum distantia non est causa quare simul esse
non possint siue uniri: sed magis eorum adinuicem
repugnantia: & repugnantia talis inter diuinum Verbum
& humanam naturam siue sanguinis minime reperitur
sicut nec inter substantiam et accidens. Idcirco quis
contraria simul esse non possint. stat tamen quod ista possint
simul esse: quia si magis distat: minus tamen adinui-
cem repugnant. **S**ecunda ueritas.
Secunda ueritas hec est. Ea que diuinum Verbum
in eius incarnatone assumpsit simul tempore fuerunt
concepta et assumpta. Conclusio ista declarat primo
auctoritate magistri sententiarum in secunda distinctioe
sui tertii libri sic dicentis. Si uero queritur utrum
Verbum carnem simul & animam assumpsit. an prius
animam quam carnem. uel carnem quam animam et utrum caro
illa fuerit prius in utero uirginis concepta postea assumpta
uerissime et absque ulla ambiguitate dicitur. Quia ex
quo hominem deus assumpsit totum assumpsit: simulque
sibi uniuert animam & carnem. nec caro prius fuit concepta
& postea assumpta: sed in conceptione assumpta &

assumptione concepta. Vnde Augustinus in libro de fide ad Petrum. Firmissime tene & nullatenus dubites carnem Christi non sine diuinitate conceptam in utero uirginis priusquam susciperet a uerbo: Sed ipsum Verbum deum sue carnis acceptione conceptum: ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam. hec ille. Cui sententiae etiam Damascenus adheret tertio suarum sententiarum libro dum dicit. Simul dei Verbi caro. simul caro animata rationalis & intellectualis etc. Hec insuper ueritas potest & ratione tali corroborari. Quoniam. si prius tempore Christi corpus fuisset conceptum & animatum quam a uerbo assumptum sequeretur quod gloriosissima uirgo non fuisset mater dei sed solum hominis puri. contra Damascenum libro suo tertio sententiarum ubi contra Nestorium hereticum dicit eam non fuisse puri hominis matrem. consequentia autem probatur. Quia in illo priori instanti temporis fuisset corpus illud animatum anima intellectiua & per consequens fuisset in se subsistens; omne autem tale est persona: igitur intemerate uirginis maternitas fuisset terminata ad tale hominis creatam personam: igitur uirgo gloriosissima fuisset puri hominis mater quod est hereticum. Ex hac ergo ratione simul & superiori auctoritate euidenter colligitur. quod Christi benedictum corpus non prius tempore fuit conceptum quam a uerbo assumptum cum autem assumptum fuerit a uerbo ratione anime ut Damasceno & Augustino placuit: relinquatur quod non prius tempore fuerit assumptum quam animatum: cum etiam anima secundum doctores non fuerit prius assumpta.

quod corpus relinquatur quod omnia ista de quorum numero fuit sanguis ceterique humores in corpore Christi uiuio existentes simul tempore assumpta fuerunt.

Obiectiones que fieri possunt contra predictam ueritatem

Sed contra hanc ueritatem solent a theologis moueri difficultates plurime quarum prima talis est. Videtur enim quod Christi corpus fuerit prius tempore formatum: siue conceptum quam animatum: & per consequens quam a uerbo assumptum. Quoniam natura ipsa humana assumpta a uerbo fuit generata. In omni autem generatione principium materiale prius tempore existit sub priuatione forme totius quam tali forma informetur. alioquin priuatiue opposita eidem materiali principio simul tempore possent inesse quod minime dicendum est. Cum igitur in generatione talis nature corpus Christi benedictum fuerit subiectum seu materiale principium: & anima Christi sanctissima fuerit & sit forma totius. Igitur tale corpus prius tempore fuit sub priuatione ipsius anime quam sub ea anima. Igitur tempore prius formatum siue conceptum quam animatum: & dato quod pro instanti illo temporis fuerit a uerbo assumptum in quo fuit conceptum siue formatum: tunc sequitur quod prius tempore fuit a uerbo assumptum quam animatum contra predicta. Si autem diceretur quod in illo instanti tempore in quo fuit conceptum non fuerit assumptum tunc sequitur quod prius tempore fuerit conceptum siue formatum quam assumptum contra predicta. ¶ Ad hanc difficultatem

respondemus : q̄ quando forma totius simul tēpore accipit esse cū eius p̄p̄inquo subiecto seu immediate susceptiuo non expedit q̄ generatio totius fiat p̄ mutationem proprie dictam que scilicet ē a priuatione ad habitū factam in illo propinquo subiecto siue in mediate susceptiuo ¶ Cum enim opposita priuatiue nequeant simul tēpore esse in eodem subiecto opus esset ut illud susceptiuum immediatū p̄cederet habitū illum siue formam totius tempore & sic habitus siue forma illa totius & immediatum eius susceptiuum nō simul tēpore causarentur: quod esset cōtra suppositū Sufficit ergo q̄ talis generatio fiat per mutationem proprie dictā factam ī subiecto siue susceptiuo remoto utputa prima materia ex priuatione forme talis ī mediati susceptiui ad formam eiusdem immediati susceptiui . Dicimus ergo ad formā argumēti respōdētes q̄ corpore humano non solum in Christo sed etiā in aliis hominibus organizato illico inducitur anima intellectiua : alioquin homo non generaret hominē sed solum corpus organicum : ex quo tota actio generantis prius tēpore terminaret ad corpus organicū q̄ homo generaretur. Ideo ī hominis generatione nō est talis mutatio in corpore organico a priuatione .s. anime intellectiue ad eandem animam . Sed mutatio est in subiecto remoto utputa in materia prima: que prius tempore fuit sub forma sanguinis & per consequēs sub priuatione forme carnis seu corporis organici . Corpus igitur Christi sanctissimum sicut & n̄m simul tempore organizatum fuit & animatum ut ex

declaratis patet et sic instantia adducta nulla fuit. **S**ecunda difficultas occurrens talis : uidetur enim q̄ sanctissimum Christi corpus prius tempore organizatum fuerit q̄ assumptum ex hoc . Quoniam in ipsius organizatione opus erat ut sanguines purissimi uirginis intemerate ad locum generationis reducerentur cum ex ipsis formatum fuerit xpi corpus in tali loco . talis autem reductio facta fuit per motū localem ¶ Necessesse insuper fuit q̄ Christi corpus ex eisdem sanguinibus generatum eis densius efficere alteriusq̄ forme & figure . Cū in eo p̄tes eterogenee formande essent que in sanguine non p̄fuerant . Hec autem cum sine motu locali nō possint fieri: qui nisi in tempore esse potest : relinquit q̄ organizatio talis corporis sicut nec motus localis qui eam necessario cōmitabatur potuit instanti fieri . Igitur nec ī instati incarnationis siue unionis cum uerbo . & cum fieri nō potuerit post instas incarnationis cum icarnatio siue assumptio illa talis corporis a Verbo facta presupponeret corpus ipsum iam formatum & organizatum Igitur sequitur q̄ eius organizatio siue formatio facta fuerit ante instans incarnationis uel unionis & per consequens prius tempore formatum & organizatū fuit q̄ a Verbo assumptum ¶ Ad quam difficultatē respondemus q̄ corporis organizatio duobus modis accipi potest . Vno modo pro inductione forme ultie & immediate disponentis ad animam intellectiuā seu pro inductione anime intellectiue secundum eorum opinionem qui unicam formā esse asserunt ī cōposito

& talis inductio siue organizatio fit in instanti dato etiam q̄ forma corporis organici distincta esset ab aīa intellectiua quia earum quelibet inducitur in instāti ac illarum utraq; simul tempore inducitur alioquī ut fuit superius declaratū homo non generaret hominē neq; pater filium. ¶ Secundo mō accipitur corporis organizatio pro motu quodam siue alteratione precedente supradictarum formarum inductiōe & talis organizatio in corporibus nostris fit in tempore. Et sustinendo q̄ partes organice sint alterius speciei & habeāt diuersas formas substantiales dici possēt q̄ sicut talium partium sunt generationes diuerse quaz; una alterā tēpore p̄cedit sic & sunt alterationes diuerse quarum una tēpore aliam precedit. ¶ Secundū nāq; medicos prius generatur cor q̄ epar uel manus & sic prius fit alteratio cordis generationem precedens q̄ alteratio p̄cedēs generationē epatis. In formatione autē corporis Christi possēt dici q̄ organizatio isto secundo mō accepta fuit in tempore & in eodem tpe adequato ita q̄ ille diuerse alterationes precedentes diuersas partium generationes simul tempore fuerūt & eodem tempore mensurate. Similiter inductiōes formarum partium fuerūt in eodem instanti tēporis & per consequens partes ipse fuerunt simul cū toto generate & simul assumpte cū ī eodem instanti eorū assumptio facta fuerit quo fuit ipsorum generatio. ¶ Aliter etiam respondere possemus dicentes. q̄ in formatione sanctissimi Christi corporis tam organi / zatio primo modo dicta q̄ secūdo mō fuit in eodem

temporis momento & non per aliquem motū sed per quādam subitam mutationem. Virtute namq; spiritus sancti infinita purissimi illi sanguines Virginis ite / rate ad locum generationis delati fuerunt condensati & figurati atq; forma totius in sacratissimum Christi corpus sic dispositum inducta & deniq; in eodē met temporis momēto totum cum qualibet sui pte simul & sanguine fuit a Verbo assumptum facta siue exp̄sso gloriosissime uirgīs matris cōsensu Cum dixit. Ecce ancilla domini etc. Tertia difficultas hec est Fū / damentum namq; relationis est ipsa relatione prius cū ab ea presupponatur pro ut asserit Augustinus libro septimo de trinitate dum dixit. q̄ id quod nil est in se nil est ad aliud: ex quo sequitur q̄ id quod est ad aliud siue per relationem relatum prius est aliquid in se. id autem est relationis fundamentum. Ex q̄bus colligitur dictum apud theologos uulgatissimum q̄ filationis fundamentū prius est relatione ī eo fūdata Cum autem fundamentum unionis humane nature ad Verbum: sit natura ipsa humana: relinquatur q̄ humana natura prius ī se fuerit q̄ fuerit Verbo unita. Consimilis etiā difficultas formari possēt de sanguīe ceterisq; ad naturam humanā pertinētibus ac Verbo ipostatice unitis. Ad quam difficultatem dicimus q̄ euidenter concludit de prioritate nature de q̄ in / telligēdo cōcedimus q̄ sanguines illi purissimi prius natura delati fuerūt ad locum generationis q̄ eorum fuerit facta condensatio & Christi corporis formatio Prius quoq; natura facta fuit sacratissimi Xpi corpis

organizatio q̄ ipsius animatio: & deniq; prius natura eius animatio q̄ ipsius a Verbo assumptio cum unum aliud presupponat & non econuerso: aliquod tamen eorum aliud tempore non precessit. Neg; necesse est ut fundamentum relationis relationem quam fundat prius semper tempore precedat & si natura oportet ea esse prius. ¶ Et si ulterius instaretur contra hanc responsionem hoc modo. Accipiamus diceret aliq; naturam ipsam humanam pro instanti illo nature in quo non erat adhuc Verbo unita: natura inquā talis erat tunc in se relicta. igitur ppria persona personata. Contra Damascenum in tertio suarum sententiarum libro dicentem. q̄ assumpta a Verbo nunq̄ fuerunt suppositata nisi supposito Verbi. Ad quod dicimus q̄ si natura illa humana fuisset simpliciter idest sine determinatione instantis in se relicta: argumentum tunc concluderet. Sed esto q̄ fuerit in se relicta in tali instanti nature & per cōsequens nō simpliciter sed cum instantis determinatione non ualet assumptum: Cuius ratio est quia natura talis pro instanti illo nō erat apta nata p̄sonari sed solū pro illo instanti nature seu temporis in quo assumpta fuit a Verbo. Idcirco pro illo tali instanti nature de quo arguebat̄ humana natura erat indiuidua seu singularis & non personata. quia pro tunc ei personari non conueniebat sed solū pro instanti illo immediate posteriori. Quemadmodū dicimus q̄ & si homo simpliciter sit risibilis: in primo tamen modo dicēdi per se non cōceditur risibilitatē ei conuenire: eo quia pro tali modo risibilitas non

est apta nata ipsi cōuenire sed solū in secūdo modo.

Tertia ueritas.

Tertia ueritas. Eorum que fuerunt a Verbo assumpta: quodā fuerūt principaliter assumpta ab eo: alia uero minus principaliter siue coassumpta. Pro cuius ueritatis ampliori declaratione notandum est. q̄ inter Verbum & humanā naturam assumptam non est medium aliquod quod: scilicet quod prius aut principaliter fuerit Verbo unitū q̄ ipsa tota humana natura: quod nil aliud est dicere q̄ q̄ natura humana fuit diuino Verbo immediate unita ut h̄ inmediate excludit omne medium quod. Hoc dictum probat̄ auctoritate Damasceni libro tertio suarum sententiarum dicentis. Amplius autem omnis cōpositō ex his que proxime composuerunt dicitur esse: Nō enim dicimus domum ex terra & aqua compositam esse sed ex lateribus & lignis: Ita & in domino Ihesu Christo nō partes partium inueniuntur sed que proxime cōponunt idest deitatem & humanitatē. hec doctor ille. Et accipit compositionem ī proprio & largo mō. Ex quibus uerbis Damascenus uidet̄ innuere Xpm̄ dicere unum solum suppositum diuinū scilicet unitū proxime inmediate siue principaliter duabus totalibus naturis quarum altera est diuina altera uero humana ex quibus apparet quod prius dicebatur. Pōt etiā & id tali ratione confirmari. Quoniam ratio propter quā in naturalibus actionibus intentione priora sunt posteriora executione ē quia agens naturale ob sui limitatam & finitam potentiam ac resistantiam quam

agendo inuenit in passo non potest statim inducere
in passum ipsum : id quod inducere primo intendit .
Si enim id facere posset profecto id quod est inten-
tione primū esset & in executione primū. Medicus
namq; posset primo induceret sanitatem quam primo
intendit. Stante hoc fundamento arguo ad ppositū
sic. Agēs quod statim potest inducere id quod intēdit
eo ordine quo aliqua intendit : & illa exequitur ut ex
dictis patet . sed deus gloriosus est agens tale cum
sit infinite potentie ac per hoc nullā resistentiā hēat
in agendo cum eius uoluntati nemo resistere ualeat
igitur eo ordine quo aliqua intendit illa exequitur .
Constat autem q̄ optimus atq; piissimus deus : prius
seu principalius humanā naturā sibi unire intēdebat .
quatenus curaret eam & sanctificaret ut in secunda
distinctione tertii sui sentētiarū a magistro colligitur :
igitur naturam ipsam principalius & prius siue imme-
diatus diuinum uerbum sibi uniuir : & sic in unione
illa sacratissima : humana natura fuit primum & prin-
cipale quod : seu primum & principale seu imediate
unitum : quod declarare intēdebamus . Alia uero
fuerūt unita siue assumpta ut ihumana natura existē-
tia . & per cōsequens ratione humane nature ad quā
pertinebāt & sic minus p̄cipaliter unita & assumpta
fuere : igitur coassumpta . Et cōfirmatur q̄ q̄ fuerūt
in uerbi incarnatione sibi unita fuerunt & in eo p̄so-
nata : sed constat q̄ ea que ad naturam pertinent
humanam : prout sunt ipsius partes : ceteraq; que
naturam ipsam consequuntur non sunt personabilia

si ratione humane nature . & ut sunt in humana
natura : corpus namq; de se personabile non est cum
intellectuale de se non sit . pariformiter nec anima cū
ex se cōmunicabilis sit subiecto suo : aut perfectibili .
corpus tamen & anima personabilia sunt ad humani-
tatis personabilitatem & ut in humanitate cōtinent
ut ptes in toto suo . Ex quibus apparet q̄ assumptio
siue personatio eorum in uerbo humanitatis assump-
tionē a uerbo presupponit siue ipsius personationē
in eo . & ita humanitas est primum quod assumptum
a uerbo . siue primū quod : illius unionis . quod p̄bādū
fuerat ¶ Contra tamen notandum seu suppositum
p̄missum nonnulli fortiter instant : & primo assumēdo
auctoritatem . Auerois commentatoris in primo phy-
sicorum dicentis partes precedunt totum sicut incō-
pletum precedit completum : ex quo dicto arguūt
sic . Eo ordine quo partes & totum generatur : & eo
ordine opus ē ut a uerbo assumantur siue et unitantur :
cum igitur partes humane nature : ipsam naturam
precedant ex auctoritate premissa : igitur tales ptes
prius uerbo fuerunt unite : q̄ humana natura ¶ Ad
quā difficultatē saluo semp iudicio meliori dicimus ;
q̄ in Christo partes nature humane tempore totam
naturam non precedunt : nec prius tempore sunt
generate : q̄ sit natura ipsa humana ¶ Verum tñ ē q̄
si partes ad totum simpliciter compararētur : ordine
quodam nature licet non temporis totum precedūt .
cum ab ipso presupponantur & secundum ordinem
hunc nature . ista assumptibilia nō fuerunt . Si tamē

totum & partes ad inuicem comparentur ad aliquod
tertium utputa ad hoc quod est personari: sic dico
q̄ humana natura precedit partes cum partes non
personentur. nisi existētes in natura ipsa ut dictū fuit
Personatio igitur seu assumptio partium presupponit
assumptionem totius & secundum ordinem istū: totū
& partes assumpta fuerūt & sic prius naturaliter seu
principaliter totum q̄ partes cum tale assumere uerbi
nō sit nisi personare assumpta: & assumi talium assump-
torum a uerbo: nil aliud sit q̄ personari a uerbo siue
in uerbo suppositari. **S**ecunda difficultas ad idem
talis occurrit. quoniam ex Aristotele in postpredica
mentis. Illud est prius a quo non conuertitur subsi-
stendi consequētia: sed constat q̄ sequitur: Verbū
assumpsit totum: igitur & partes: econuerso autem
non sequitur: igitur partes prius naturaliter seu pri-
cipaliter assumpte fuerūt q̄ totū. **A**d quā difficulta-
tem dupliciter respondemus & primo q̄ regula illa
Aristotelis nō ē uniuersaliter uera: sed solū locū habet
in predicatis essentialibus: seu quiditatiuis: in accidē-
talibus uero non tenet semper. Vnde & si sequatur.
ignis est. igit̄ calidū est: & nō econtra. cum etiam aer
calidus sit. non tamen calidum: seu caliditas que de
igne denominatiue predicatur: natura ignem p̄cedit.
immo est eo posterior & naturaliter & causaliter.
Sic in proposito dicimus: quoniam & si sequat̄ totū
est unitum: igitur & partes. & econtra arguēdo nō
sequat̄: stat tñ cum hoc: q̄ totū ipsum sit naturaliter
prius: seu principaliter uerbo unitum: q̄ partes cum.

unitio totius: causa sit uel q̄ si causa unionis partium ut
fuit dictum. **A**lter etiam responderi potest: q̄. i.
ista conuertuntur. totum esse unitum & partes esse
unitas: & quia ex Dialectica ab uno conuertibili ad
reliquum ualet consequentia: ideo sicut sequitur:
humana natura est Verbo unita: igitur & partes eius
sunt Verbo unite: sic ualet econtra: partes scilicet
humane nature: diuino Verbo unite sunt: igitur &
tota natura: cum ratione ipsius partes eius uniantur
seu personentur in uerbo. **T**ertia difficultas talis ē.
uidetur enim q̄ Verbum diuinū animā prius q̄ carnē
assumpserit & per consequēs q̄ totam humanitatem:
eōtra declarata: assumptū uero arguitur auctoritate
Damasceni suarum sententiarum libro tertio: quam
auctoritatē & Magister sententiarum allegat in secūda
distinctione sui tertii libri. Assumpsit inquit Damas-
cenus dei filius carnem & animā: sed carnē mediante
aiā: unitum est enim carni per medium intellectum
Verbū dei: & subdit Magister. Tante enī subtilitatis
ac simplicitatis est diuina essentia. ut corpori de timo
terre formato uniri nō cōgruat: nisi mediante rōnali
essentia. hec ille. Ex quibus colligatur animā mediū
fuisse in carnis assumptione: a Verbo: igitur prius fuit
assumpta. Ad quā difficultatem dicimus: q̄ intentō
Damasceni & Magistri nō fuit ut anima esset mediū
quod: ita q̄ fuerit prius assumpta a Verbo q̄ caro:
aut tota humana natura: sed uoluerunt ii doctores q̄
anima fuerit mediū quo: talis assumptionis: cuius rō
est: quia cum assumptio illa tam humane nature q̄

carnis a Verbo: idem sit qđ psonari in Verbo: merito
illud est medium quo: siue ratio illius assumptionis:
rōne cuius illa assumpta sunt rōnabilia: id aut est aīa
rationalis siue intellectiua: cū psona ex declaratis sit
suppositum nature rōnalis que rōnalitas ut constat
descendit in nobis ab aīa intellectiua siue qđ humana
natura rōnalis nō esset & p consequēs nec psonabilis.
Caro similiter nec alia membra essent ī humana na-
tura psonabilia: nisi tali anima īformarent: igit aīa ipa
ut dicebat est medium quo: talis assumptionis: quia
rōne ipsius fit talis unio: siue assumptio: aut psonatō:
nec tñ sequit qđ anima ipa prius Verbo unita fuerit:
quemadmodum dicimus qđ dñi potentia generādi sit
picipium: quo generās generat: tñ talis potētia nō
prius generat: sic in pposito: quis enī rōnalis aīa sit:
quo natura psonat: similiter & corpus: nō sequit tñ
qđ prius psonet: cum nō personet nisi ut existens in
humana natura & p consequēs ī corpore: ex quibus
oībus colligitur qđ natura humana est primū qđ: talis
assumptionis: anima uero ipsa dicit eē medium quo:
eiusdē assumptionis rōe uidelicet cuius facta fuit: talis
assumptio siue unio. ¶ Declaratō pdicte ueritatis.
Dēclarato eo supposito: qđ pmissum fuit p aplo
ri notitia habenda nre tertie ueritatis īmediate
pposite: nūc restat ut ueritatem ipsam pbemus: siue
declaremus. Arguit ergo primo ex pte mediū quod
ipsius assumptionis: siue unionis: qđ aliq prius seu pī-
cipaliter fuerunt a Verbo assumpta: alia autem minus
principaliter siue coassumpta: Quoniam quecunq

sunt siue fuerūt propinquiora ipsi primo siue medio
qđ ipius assumptionis facte a uerbo diuino illa natu-
raliter prius seu principaliter assumpta fuerunt ab eo
sed eorū que cū humanitate assumpta fuere quedam
ppingora fuerūt ipsi primo assumpto: qđ fuit mediū
quod: talis assumptionis: igit etē. patet cōsequētia
& minor declarat. ostēsum enī superius fuit qđ primū
qđ fuit assumptū fuit natura ipsa humana cui constat
partes ipius essentielles & picipaliores esse itimiores
& ppingores. maior aut argumētū sic declarat. Omne
nanq illud quod mouet uel habet se ad similitudinē
eius quod mouet: ex uno extremo ad aliud extremū
prius attingit media qđ ultimum extremum: & prius
medium propinquius extremo primo: a quo incipit
moueri: seu qđsi moueri qđ remotius ut placuit Aris-
toteli quito pbyficoꝝ dicenti. Mediū est id a quo
cōtinue mutās prius deuenit qđ ī ultimū: constat aut
qđ dei Verbum: cum caro factum est: assumpsit prius
seu picipaliter humanam naturā: ut supius patuit
& ita humana natura fuit primum seu principaliter
assumptum: ultimate uero assumpsit accidentia hu-
manitatis & cetera q non sunt ptes ipsius humanita-
tis: tanq extrema ultima: & sic Verbū in taliū assump-
tione se habuit: īproprie tñ loquēdo ad similitudinē
eius: quod mouet: igitur prius naturaliter seu pī-
cipaliter assumpsit ppinquiora ipi humanitati cuiusmōi
sunt partes picipales ipsius sicut sunt essentielles aut
eterogenee: igitur ueritas nostra tertia: uera ex hac
ratione apparet. ¶ Secundo eadem ueritas arguitur

ex parte mediij quo: ipsius assumptionis cuiusmodi fuit anima intellectiua ut ex pcedētibz patet & arguit sic. Partes illę nature humane q̄ medio quo assump / tionis utputa anime intellectiue p̄p̄inquoiores fuerūt naturaliter prius seu p̄ncipaliter assumpte fuerunt . a Verbo : sed partes aliq̄ humanitatis fuerūt anime rōnali alijs p̄p̄inquoiores : igitur aliquę partes fuerūt naturaliter prius seu p̄ncipaliter a diuino uerbo assump te : quę fuerat ueritas declarāda: patet consequētia & maior declaratur: quoniā cum ex superius dictis: assumptio ista humanitatis & partium eius idem sit q̄d talia in diuino Verbo p̄sonari: & aīa rōnalis fuerit mediū quo: siue id rōe cuius hec omnia p̄sonabilia fuerunt: igit̄ quod fuit p̄p̄inquoius aīe: fuit naturaliter prius seu p̄ncipaliter p̄sonabile seu p̄sonatum: & per consequēs prius seu p̄ncipaliter a Verbo assumptum: minor uero argumenti declaratur ex ijs que tangit Albertus in primo de generatione ubi diuidit & dist / tinguit partes ex q̄bus homo componitur siue cōsti / tuitur dicēs. q̄ quedam sunt hoīs p̄tes formales tm̄ quedam uero materiales tantum : alie autem medie inter formales & materiales. Partes formales tantum ut ait sunt p̄tes eterogenee siue mēbra dissimilia or / dinata ab ip̄a natura ad operationē anime exercēdā: siue ad operationē alicuius potētie anime: que partes dicuntur organa seu partes organice cuiusmodi sunt caput: cor: epar: oculus: manus & cetera huiusmodi. Partes uero materiales tantum : sunt p̄tes debiliter formā respiciētes cuiusmodi sunt p̄tes actū humane

uite: siue sensum tantū participantē : & ad nullum officium ordinate sicut caro: adops: & uersa p̄guedo Partes autē medie ut idem Albertus ait sunt i triplici differentia: quedam enim sunt propinquoiores p̄tibz formalibus cuiusmodi sunt aliq̄ partes similes : siue hōgenee p̄ncipaliter ordinate ad actus aīe cuiusmodi sunt sensificare : mouere: nutrire & uiuificare : sicut neruus: quo diffundit̄ sensus & motus p̄ totū corpus a cerebro : uel eius uicario: q̄ est nuca : & sicut sunt uene per quas sanguis diffundit̄ ab epate & arterie per quas spiritus uitalis diffundit̄ a corde: & paniculti quibus membra p̄ncipalia inuoluuntur. Quedā autē sunt medie p̄p̄inquoiores materialibus tantū: sicut os & cartilago q̄ ordinata sunt ad sustentanda & fortifi / canda membra . Alie uero sunt medie. q̄si per equi / distantia quia sunt mixte ex materialibus et ex alijs p̄p̄inquoioribus p̄tibz formalibus: ut sunt musculi q̄ cōponunt̄ ex neruis & cordis ac carne. hec Albertus Ex qua distinctiōe satis apparet minor argumēti q̄. l. partes aliquę humani corpis : p̄p̄inquoiores sunt anime quęadmodum sunt ille que formā nō debiliter respi / ciunt: ceterę uero q̄ formā sunt debiliter respiciētes: iudicāde sunt ab aīa remotiores: ex q̄bus manifesta est tertia ueritas n̄ra. ¶ Quarta ueritas ¶ Quarta ueritas sit talis : Sanguis sicut nec ceteri humores humani corporis non est formaliter animatus . Que quidem ueritas manifestatur primo auctoritate Aristotelis in tertio de aīalibus dicētis . Omnis autē sanguis ē in uase in notatis uenis . in alio

aūt nullo preterq̄ in corde solū nō habet aūt sensum
sanguis tactus in nullo animalū: sicut nec supfluitas
que est i uētre: neq; etiā cerebꝛ: neq; medulla habet
sensum tactus. ubicūq; aūt diuiserit carnē fit sanguis
hec Aristoteles. Hoc idem asserit Albertus libro suo
tertio de animalibus ubi ait. Sanguis aūt eo q̄ nō ē
actu pars aīatī coporis: sed potentia solum: nō habet
sensum tactus in aliquo loco corpis: sed in sensibilis
est: sicut & supfluitas uētris nō habet sensum aliq̄:
neq; hoc mirabile uidet̄ q̄ ea que sunt ptes actu
corpis animati sentientis: aliq̄n carent sensu tactus
sicut cerebrū & medullā. Quia aūt uene ubiq; capila
riter spargunt̄ in corpore ideo ubicūq; caro incidit̄
exit sanguis nisi caro corrupta & p̄mortua fuerit. hec
Albertus. ex quibus oībus colligit̄ q̄ sanguis non est
pars animati corpis sicut nec actu uiuens aut for
maliter aīatus. sed se habere uidet̄: ad ista ut uētris
supfluitas. Hoc idē corroborat sic. Id nō ē formaliter
animatū: quod nō est subiectū propinquū sanitatis
aut egritudis: sed sanguis est huiusmodi igit̄ nō est
formaliter animatus: consequētia tenet: & maior de
clarat̄ ex medicoꝝ sentētia apud quos ista cōuertūt̄
uidelicet: esse formaliter animatū: & esse ppinquum
subiectū sanitatis & egritudis: quā sententiā cōfirmo
auctoritate Aristotelis in p̄cipio sui libelli de sensu
& sensato dicētis. Neq; enī sanitatē neq; egritudinē:
possibili est fieri carētibus uita. Ex q̄bus apparet q̄
sola animata formaliter sunt egra aut sana: & ita illa
conuertuntur ut dicebat̄: igitur a quocūq; alterum

eoꝝ remouet: ab eodē ut aliud remoueat̄ necesse ē.
Id igit̄ qd̄ sanū aut egrum ēe nequit: non est forma
liter aīatum minor uero argumenti q̄. s. sanguis non
possit esse subiectū ppinquū sanitatis aut egritudinis
probat̄ ex principe medicoꝝ Auicena primo primi
capitulo de subiectis medicine: ubi numerans sanita
tis & egritudinis ppinqua subiecta: mentionē facit
de membris: & nō de sanguine neq; alijs humoribus:
determinatq; q̄ solū corpus: aut ipsius membra: sana
dicunt̄ aut egra. Sanguis aūt: ceteriq; humores non
sic: & si possint dici grossi aut subtiles: siue calidi aut
frigidi. ¶ Arguit̄ insup alio argumento sanguinē nō
esse formaliter animatū: qm̄ illud non est formaliter
aīatū: cui nulla operatio propria aīati corpis noscit̄
cōuenire: sed sanguis ē huiusmodi igit̄ etc. Veritas
maioris huius n̄i argumētī: colligi pōt ex Aristotele
secundo de aīa dicente: potētias p̄ actus distiguat̄ &
p̄ consequēs cognosci: per potētias aūt cognoscitur
aīe essentia: igit̄ si in sanguine anima formaliter esset:
cū eius potētis: id p̄fecto cognoscereē p̄ actū aliq̄:
seu operationē ipsius: soli animato corpori cōueniē
tem. Minor aūt argumētī p̄bat̄ sic: qm̄ si aliq̄ talis
operatio: sanguini cōueniret: potissimum eēt prima
que dicitur nutritio: constat aūt q̄ sanguis minime
nutritur: Cum enī nutritio sit conuersio nutrimenti
suscepti in poris partiū nutriti: alteratq; in substātiā
nutriti: que q̄dem cōuersio fit a forma & uirtute nu
triti: uidetur talē operationē nō posse sanguini cōue
nire: quia dum sanguis iūtauratur: iūtauratio illa nō

*Auicena p̄ncipio
medicoꝝ*

fit a uirtute sanguinis: sed magis a uirtute epatis: neque
fit ex alimēto aliquo assumpto in partibus seu poro /
sitatibus sanguinis: sed magis instauratio ipsius: fit per
adhesionem sanguis ad sanguinē: quēadmodū aqua
adherēs & cōtinuata alteri aque ipsam reficit & ad /
auget: Probat̄ insup alio argumēto sanguinē nō esse
formaliter animatū: quoniā cū omne formaliter aiātū
sit actu uiuēs: tūc sanguis esset actu uiuens: quod de
directo est cōtra Aristotelem q̄a cū sanguis sit nutri
mentū actu uiuētis non est actu uiuens sed solū po
tentia ex secundo suo de anima. In libello quoq̄ suo
de somno & uigilia: determinat philosophus sanguinē
esse nutrimentū actu uiuentis. ubi dicit. His q̄dē
q̄ sanguinem habent sanguinis natura ē nutrimentum
his uero qui sanguinē non habent p̄portionale. hoc
ille. Sanguis igit̄ ex his auctoritatibus non pōt dici
formaliter animatus: Que sententia etiam roboratur
ex determinatione doctoris eorum sancti Thome in
prima pte summe: q̄stione cētēsimā quinquagesima
nona: articulo penultimo: ubi sic ait. Sanguis nōdū
puenit ad habendū perfectē naturam sp̄etiei: sed est
in uia ad hoc. Ex q̄bus uerbis patet sanguinē huma
num non esse actu informatum natura sp̄etiei: idest
forma humane sp̄etiei: que est anima: igitur non est
formaliter aiātus. ¶ Quinta ueritas.

Quinta ueritas nostra talis est. Sanguis non est
pars hominis: seu humane nature: que ueritas
multis rationibus deducitur & primo sic. Cum enī
pars quelibet boīs ab anima distincta: sit formaliter

aiātata ut placuit Alberto primo de generatione: q̄a
postq̄ premisit completam diuisionē p̄tium humane
corporis: subiunxit q̄ omnes p̄tes stant sub forma
totius: ex hoc inuens: q̄ singule partes corporis
humani: sunt actu animate: sanguis uero cum aiātus
formaliter non sit ut p̄ multas rationes superius de /
duximus: sequitur q̄ non sit actu p̄s animati corporis.
Item cū secundū Albertū primo de generatione: oīs
pars: sit aut formalis aut materialis tantū: aut media:
& cum sanguis sub nullo boīs mēbroz contineatur:
ex sententia eiusdem: qui sanguinē nō ponit esse aliq̄
illaz partium: immo in tertio de aiālibus ut superius
allegatū fuit exp̄sse fatetur: q̄ sanguis nō est actu p̄s
sed solū potētia animati corporis relinq̄tur q̄ non ē
pars hominis seu humane nature. ¶ Corroboratur
istud idem auctoritate Augustini ī suo libro de uera
religione dicentis. Alimenta carnis corrupta: idest
formam amittentia in mēbroz fabricā migrāt. hec
ille. Cum igit̄ sanguis alimentū sit boīs igit̄ migrat
seu conuertit̄ in mēbra seu p̄tes ipsius. cū uero idem
in seipsum nō conuertatur relinq̄it q̄ sanguis: neq̄
membrum neq̄ pars sit boīs. Hoc idem arguit̄ argu
mento medicoz. Nam si sanguis esset mēbrum: aut
de mēbri substantia: aut pars animati corporis. tunc
febris humoralis siue sinoca esset ethica. consequens
est de directo contra omnium medicoz sententiam:
consequentia autem sic deducitur. q̄m ut ex peritis
medicis accepimus: in febre sinoca siue humoralis:
primum calefactum eē est in sanguine: in ethica uero

primum calefactum esse est in membro : seu membri
substantia. si igitur sanguis esset membrum aut de membri
substantia tunc febris illa : cuius primum calefactum
esse : est in sanguine esset ethica & cum talis febris sit
sinoca tunc sinoca febris esset ethica quod deducendum erat
Ut illud idem corroboratur sic: quoniam si sanguis esset
hominis pars: aut esset pars essentialis: aut integralis:
ex sufficienti diuisione: non quidem integralis dici potest:
quia omnis talis ex Alberto est animata: sanguis autem
ex sententia eiusdem non est animatus ut fuit superius
ostensum : probamus insuper quod non est pars essentialis:
quonia id non est pars hominis essentialis : sine quo homo
per aliquo instanti: aut paruo tempore esse potest. cum
partes essentialis ideo sic uocentur quia sine eis totum
ipsum neque esse: neque intelligi potest: pro aliquo instanti:
aut paruo tempore. homo autem potest sine sanguine esse
per instanti aliquo aut paruo tempore : igitur sanguis non est
ipsius essentialis pars: assumptum in minori argumēti
declaratur: accipiēdo primum esse in quo embryo factus
est caro : habens principalia & spermatica membra
completa. per quo instanti anima intellectiua in ipsum
inducitur : ei uitam tribuens : pro tunc enim in eo non
est sanguis : quod sic declaratur. quonia sanguis in
corpore non generatur nisi e parte mediata: cum secundum
medicos sit omnium humorum principale membrum generatiuum:
Ad generationem autem sanguinis ab eo faciendam neces-
sarium est : ut aliunde materiam proportionatam gene-
rationis sanguinis recipiat : que quidem materia ab eo
non nisi post ipsius hominis generationem insensato

tempore recipitur: igitur per tempore illo sine sanguine corpus
humanum & animatum permanebit quod fuerat probatum.
quod autem in nutritionem membrorum & sanguinis genera-
tionem habeat aliunde e parte materiam querere: patet ex
dicto Aristotelis in libello suo de somno & uigilia. ubi
habet hec uerba. Palam itaque quod quoniam necessarium
animali cum sensum habeat tunc primum nutrimen-
tum suscipere et alimentum : nutrimentum autem
est omnibus extremum his quidem qui sanguinem habent
sanguis natura : his uero qui sanguinem non habent pro-
portionale : locus uero sanguinis uene & harum princi-
pium cor : de foris quidem igitur alimentum ingrediēte in-
susceptiuo loca fit euaporatio ad uenas: ibi uero per-
mutatum in sanguinem uertitur: & uadit ad principium
hec philosophus. Ex his igitur uerbis apparet quod ali-
mentum queritur ab extrinseco quod et apparet ex ope-
re ipsius nature : que in fetus generationis producit
uenam umbilicalem que cum uenis matricis colligatur ut
per eam e parte ad se trahat partem sanguinis purioris
menstrui in uenis matricis contenti : quatenus ex illo
e parte generet sanguinem tunc primo membrum omnibus
pro eorum nutrimento conuenientem : Et si forte di-
catur nunquid corpus humanum ex Aristotele. quito
de animalibus generatur ex sanguine menstruo quomodo
igitur esse potest sine sanguine? Respondemus con-
cedimus auctoritatem iuxta opinionem Aristotelis et
ulterius dicimus quod sanguis talis in corpore manens transit
in aliam speciem: quia in carne et cetera membra et non manet
sub forma sanguinis et ulterius dicimus ad Aristotelem

et ad ceteros omēs qui asserūt homiēm nō posse sine sanguīe uiuere: q̄ eoz dicta intelligēda sunt extēso tpe cū quo tñ stat q̄ homo esse: aut uiuere possit pro aliquo instanti seu paruo tempore absq̄ sanguīne: ut fuit deductum. Predicta quoq̄ cōfirmāt per illam ecclesie auctoritatē que habetur extra de celebratione missaz: capitulo In quadā: in quo hec uerba cōtinent: Cum autem ad compositionē humani corporis quattuor elemēta cōcurrāt: terra scilicet: aer: ignis & aqua & ad eiusdē corporis uegetationē quattuor humores illis cōsimiles cōueniant: scilicet sanguis. colera: fleugma & melancolia etcetera. Ex q̄bus uerbis appet differētia īter elemēta & humores humores enī uegetāt: elemēta uero cōponūt. Igit̄ humores de quorū numero est sanguis nō sunt hoīs ptes: cū nō sint ipm cōponentes q̄ quidē necessario requirē ad hoc ut aliqd ps alicuius esse dicat: q̄ sentētia roborari potest ex dicto facti Thome parte prima questōne lxxvi. articulo octauo. ubi sic ait. Quia anima ē forma corporis. necesse est ut sit tota ī toto & tota in qualibet parte. hec doctor ille ex quibus apparet q̄ pars quelibet: humani corporis ē formaliter animata sanguis aut cum non sit formaliter animatus ut superius probatum est: relinquatur q̄ non sit pars humani corporis: potest etiam ex dicto sancti Thome in secūdo sententiarū distinctione tricesima euidēter probari sanguinē non esse formaliter animatū ait enim ibi hec uerba. Nutrimētū enim in principio est dissimile sed in fine est simile cū nihil nisi suo

simili nutriatur & foueatur: sed illa sunt similia que eādē formam cōmunicant. cū ergo uentis nature a forma sit indet̄ q̄ illud quod nutrit: in fine ad ueritatē ipsius nature nutriti pducant. hec ille. Itō ibidē ait secundū philosophum in primo de generatione: Nihil nutrit carnē nisi quod est potentia caro: sed omne quod ē potētia aliqd mutat in illud: p actionē eius q̄ est in actu: igitur nutritimētum: in illā carnē: q̄ ad ueritatē humane nature pertinet: transmūtatur: & ibidē etiam dicit: q̄ uentis uniuscuiusq̄ rei: est in eo quod secundū spētē est: ex quibus omnibus huius sancti doctoris p̄legatis: pōt clare colligi q̄ sanguis qui est hominis alimētum in principio cum sit nutritio dissimilis: non cōmunicat formam eandē cū nutritio & sic nō cōmunicat animā p quā dicatur formaliter animatus. nō ē per consequens hominis pars quod intendebamus probare. Possent etiā & ista confirmari ex sentētia doctoris subtilis Scoti qui in suo quarto sententiarū distinctione octaua pōt hec uerba. Corpus Christi potest accipi stricte: prout. s. includit partes animatas anima Christi: cuiusmodi non est sanguis: licet sit in potentia p̄p̄nqua ut conuertatur in carnē animata: & sic corpus: essentialiter aliud est a sanguīe. Alio mō potest accipi corpus prout includit oīa illa q̄ pertinet ad totum corpus organicum siue sint ptes animate: siue sint aliqua non formaliter animata: ut humores & spiritus: & hoc modo sanguis ē aliqd corporis: hec ille. Apparent igitur ex iis uerbis euidētes ea que probare intendebamus.

Aliquoz evasiones qbus rationes nostras superius
adductas opinantur evadere.

Qunt tamen quidā asserentes sanguinem esse
formaliter animatū : ac humani corporis partem
conanturq; argumēta nostra predicta oppositū ostē-
dentia sic dissolvere : distinguunt enim de partibus
humani corporis dicentes : qd̄ aliquę sunt partes ipsius
principales & perfecte : alię uero imperfecte & minus
principales : subiungunt cōsequēter : qd̄ auctoritates
& rationes : p̄ nos superius adductę : qbus p̄bauimus
sanguinē non esse partem hominis : intelligēde sunt
de parte hoīs principali & perfecta : quod ipsi nobis
concedunt : cum quo tamē stat : ut dicūt : qd̄ sanguis
sit pars hominis minus principalis : seu imperfecta :
addentes ulterius qd̄ sanguis ab anima perficitur & ē
formaliter animatus : & si nō sentiat quēadmodum &
ossa : que quis nō sentiāt : ab aīa tamē p̄ficiuntur suntq;
formaliter animata. ¶ Contra tamen istos satis euidē-
ter argui potest : & primo sic : quia neq; Albertus neq;
Aristoteles nunq; uisi sunt dicere sanguinē esse partē
humani corporis cum tñ Albertus in distinguēdo de
partibus humanis mentionē fecerit de partibus princi-
palibus : quas formales tñ appellauit : ac de partibus
minus principalibus : quas materiales tñ nominauit :
& deniq; de medijs inter istas : ut ex distinctione eiusdē
superius posita : satis liquet : nunquam tñ affirmauit
sanguinē esse partē hoīs : ut dixit de ossibus humanis
non sentientibus : immo in tertio de animalibus de-
terminauit sanguinē non esse actū partē aīati corporis

eumq; uentris superfluitati assimilauit : que autem
dicunt isti de ossibus nō conuincunt : quia quis ossa
non sentiant : asseruntur tamē formaliter animata : quia
sunt sana : aut egra : augmentanturq; & diminuantur
uera augmentatione & diminutione : que oīa arguūt
in eis animā : & que ab ipso sanguine ut superius fuit
ostensum remouentur. ¶ Sed adhuc clarius ostēdit
premissam eorum respōsionē esse fictam & sompniatā
salua tamē semper nostra mutua caritate per ea que
lactātius reliquit ī libro quē de hoīs opifitio cōscripsit
ait enim loquens de sanguine : non enī si aīa sanguinē
aut per uulnus effuso : aut febrili calore consumpto :
uidetur extingui continuo : in materia sanguinis aīe
ratio ponenda est : ueluti si ueniat in questionē : lumen
quo utimur quid sit : & respondeatur oleum esse : quā
illo consumpto lumen extinguit : cū sint utiq; diuersa :
sed alterum sit alterius alimentum : uidetur ergo
anima similis esse luminī que non ipsa sit sanguis :
sed sanguinis humore alatur : ut lumen oleo : bec ille
ex qbus arguimus sic : ita se habet sanguis ad animā
a qua alteratur : conuertiturq; in naturam nutriti : aut
ad ipsum corpus animatum cuius est nutrimentum :
quemadmodum se habet oleū ad lumen cuius etiā est
pabulum siue nutrimentū : ut patet ex premissis : sed
constat qd̄ oleum non est actū pars luminis : nemo enī
nisi intellectu cecus affirmaret oleum actū partē eē
luminis : igit nec sanguis erit actū pars anime : siue
animati corporis cuius est nutrimentum . Itē arguēt
sumpta eadem maiore sic : Sicut oleum ad lumen : ita

sanguis ad animam : sed oleum non actu informatur
forma luminis: quoniam tunc non amplius esset oleū:
igitur nec sanguis actu informat forma corporis aīati.
siue anima ex quibus concludimus: q̄ sanguis non ē
animatus formaliter : nec p̄ cōsequens pars actualis
animati corporis : quomodocunq̄ accipiatur pars .

Difficultates contra premissa

Declaratis iā: dei p̄uio adiutorio: satis euidenter
ueritatibus immediate premissis: que nō parū
faciūt ad eorū elucidationē que hoc in n̄ro opusculo
sumus principaliter tractaturi : restat consequenter
ut pro eaz̄ ampliori illustratione ac firmitate contra
ipsas: difficultates aliquas moueamus : quatenus ip̄is
solutis: imitatores nostre opinionis in ea firmiores &
stabiliore reddantur: quarum prima hec est . Videēt
enim ex auctoritate scripture sacre : q̄ sanguis sit
formaliter animatus : qm̄ habet leuitici septimo capi
tulo: Sanguinem uniuerse carnis non cōmedetis q̄
anima carnis in sanguine est: ubi habet glosa: q̄ aliqd
uitale est ī sanguine: per quē anima maxime corpori
ūnitur . ex qua glosa apparet sanguinem uiuere esse
dicendū. & per consequens q̄ sit animatus formaliter

Ad quā difficultatē respondemus q̄ glosa illa non
sonat: sanguinē formaliter uiuere: aut esse formaliter
animatum : sed precise sonat q̄ uitale aliquid est in
sanguine : quod iuxta doctores sic ē intelligendū: q̄
scilicet anima qua corpus formaliter uiuit & est aīatū
influit ip̄i sanguini quandā occultam uirtutē: mediāte
qua sanguis : potissimū uitalis & cordialis sui p̄sentia

cōseruat uitā in mēbris: redditq̄ mēbra promptiora
seu habiliora ad eorū officia exercenda : propterea in
glosa subiungit q̄ per eum maxime aīa corpori unī
q̄. uidelicet requiritur ī ip̄o corpore: tanq̄ dispositio
quedam necessaria: ad hoc ut anima in ip̄o corpore:
extenso tempore conseruetur : p̄pter quod uocatus
est sanguis uitalis: non quidem quia formaliter uiuat.
sed q̄ cōseruat & saluat in corpe uitam: quēadmodū
cōmuniter dicit cibū aliquē esse sanū: non quidē q̄
in se habeat formaliter sanitatē: sed magis quia sani/
tatis est conseruatiuus : In cibo ergo tali non existit:
sanitas formaliter: sed solum ei. cōuenit tanq̄ conser/
uanti : ita & anima carnis est in sanguine: quia. s. rōne
sanguinis cōseruatur in carne. **S**ecunda difficultas
talis est: quoniam non minus uidet̄ esse dicendum :
sanguinem esse formaliter animatū: q̄ sint ungues :
pili & capilli cum uideatur magis esse necessarius pro
hominis esse q̄ sint illa : sed constat q̄ ungues : pili &
capilli sunt formaliter uiuentia & animata: igit̄ multo
magis sanguis: q̄ autē. predicta sint formaliter aīata
p̄batur: quia augentur. ut omnibus constat. augmen/
tatio autē non nisi uiuentibus & formaliter animatis
cōuenire uidetur: cum sit operatio anime uegetatiue
Ad quam difficultatem dicimus. q̄ ungues pili &
capilli non sunt formaliter animata: seu uiuentia: cum
nō dicantur proprie sana aut egra. & ideo posset dici
q̄ non augmentantur. uera augmentatione : sed solū
ex continuatione : seu additione quadā alicuius ptis
supuenientis addite seu cōtinuate ad partē p̄cedētē

quēadmodū aqua & cetera liquida augeri dicuntur.
¶ Ad cuius ampliolem daclara tionem notandum est:
q̄ natura hec: ad fines uarios ordinauit: capilli namq̄
ad capitis custodiam sunt ordinati: barba uero &
supercilia ad faciei decorem: palpebre ut oculos a
pulueribus & fumo custodiant: pilli nasi & aurium ad
prohibēdū ne quicq̄ nociuū nasum & aures īgrediat̄
ceteri autē pilli ad mundificandū corpus a nonnullis
fumis seu fumosis uaporibus in corpore multiplicatis
ex actione caloris in membris & humoribus: qui fumi
si in corpore retinerētur causarent notabile nocumē
tum: ex actione igitur fortis & adustiuī caloris tales
fumi eleuantur: q̄ ad cutem uenientes & eius poros
intranses congelantur a frigiditate cutis: iuuante
aeris frigiditate & cōuertuntur in pilos: quoz̄ causa
effectiua: instrumentalis: principalis est ipse calor.
Vngues uero ex materia fiūt grossiori & terrestriori
q̄ fiant pilli que ex actione caloris eleuatur atq̄ trans
mittitur ad digitorum extremitates ubi retenta con
gelatur & induratur ab aere extrinseco: atq̄ cōuertit̄
in unguis a natura ordinatas ad defensionem extre
mitatum digitorum: & ut res subtiles melius capiāt
dureq̄ fortius teneātur: & ad alias q̄ plures utilitates
ut patet in scabiem patientibus. ex quibus satis pōt
apparere responsio premissa. ¶ Alexander tamen de
ales doctor irrefragabilis in secunda pte sue summe
distinctionē quādam ponit trimembrē de rebus uiuē
tibus ex qua patebit alia quedam respōsio & quidem
optima: ad hanc secundam difficultatem & forte etiā

ad primā: ait enī q̄ uiuentiū alia quidē pprie uiuunt
quemadmodū sunt illa que ahiabus uniant ea perfu
tētibus: ut sunt corpora organica tam ab anima acti
pfecta. Alia uero minus proprie uiuunt quēadmodū
sunt illa que cōiuncta non sunt animabus ipsa perfu
tētibus cōtingunt tamē corpori: seu corporibus
animam habētibus: ut pfectionem: & hec licet animā
non habeāt: habēt tamen ratione alius cōiunctionis
aliquā uirtutem uitale: per quam ut uirtutē alienum:
alioquin .s. contigui seu continentis hnt operationes
rei proprie uiuenti consimiles: quō modo embrio aū
eius organizationem dicitur uiuere: similiter unguis:
capilli & poma arbori cōiuncta & sic de aliis fructibus
aliqua deniq̄ minime proprie uiuere dicuntur quia .s.
ex eorum colligatione cū corpore uiuentē: respiciūt
non quidem aliquā uirtutem uitalem: prout suscipit
uiuens secūdo mō dicto: sed solū aliquā uegetationē:
unde sunt ī dispositionem ad unioneū cum corpore
uitaūcato & sunt sicut nutrimentum respectū uitah
uitatis: quamuis non sint anime unita neq̄ habeant
intra se uitalem uirtutem: & per hunc modum uiuere
dicunt. spiritus: & humores: qui uitale uirtute deser
uiunt: & pulla: quodāmodo in corpore uegetantur: &
augmentant̄ siue instaurantur: uegetantur dico seu
nutriuntur cōmuniter loquēdo: eo modo quo dicit̄:
aliquid uegetari ī corpore: quia in eo nō putrescit neq̄
corrūpitur: & hoc modo humores de quoz̄ numero
est sanguis uiuere dicuntur: ex quibus uerbis appēt:
quid ad premissas difficultates sic dicendum. Alia

difficultas emergit circa id quod dicebatur ut puta:
quod sanguis non est pars humani corporis: hoc enim
repugnare uidetur dicto Damasceni qui in secundo
libro suarum sententiarum habet hec uerba: omne corpus
ex quattuor elementis consistit: animalium uero corpora
ex quattuor humoribus: & in eadem resoluuntur: omne
enim compositum: in eadem resoluuntur: ex quibus compo-
nitur. hec ille: ex quibus uerbis apparet: quod humores
componunt animalium corpora: igitur sunt eorum partes:
potissimum sanguis: qui ceteris humoribus est prin-
cipalior & perfectior. ¶ Ad quod dubium responde-
mus quod Damascenus suis in sententiis crebro composi-
tionem accipit largo modo: siue extenso nomine: ut colligitur
ex suarum sententiarum tertio libro: ubi habet hec uerba:
In domino nostro Ihesu Christo: duas naturas cognoscimus
unam autem hypostasim ex utrisque compositam. hec
doctor ille. In quibus uerbis notandum est Damascenum
non accepisse proprie compositionem cum natura diuina
propter suam summam simplicitatem non ualeat esse pars nec
per consequens tali compositione proprie dicta compo-
nere: Verbum in super diuinum propter consimilem rationem:
non potest tali compositione componi: per compositionem
igitur intellexit Damascenus compositionem largo
modo sumptam: que est ratione numeri: secundum quem
modum dicimus: quod cum aliqua duo simul in uno aliquo
conueniant: illud fertur componi ex illis: & hec est
sententia sancti Thome: in tertia parte questione secunda:
articulo quinto: & hoc modo dicimus Damascenum
accepisse compositionem in superiori eius auctoritate:

contra nos adducta: non enim uoluit: ut humores anima
lumina corpora ueluti eorum partes componerent: sed
solum quod simul conueniant siue consistant in corpore
animalium: tanquam quedam ad eorum uergetationem siue in-
tegritatem facientia. Adducitur insuper ad probandum
sanguinem esse hominis partem. Aurelii Augustini aucto-
ritas: qui in libello suo de spiritu & anima determi-
nauit: corpus consistere ex membris officialibus: officialia
uero ex similibus: similia autem ex cibis: cibos autem
ex elementis etc.: ex quibus uidetur quod humores de
quorum numero est sanguis: sint partes membrorum
siue partium similiarum humani corporis. ¶ Ad quod
respondemus: quod aliquid fieri ex alio ut ad propositum
spectat: dupliciter contingit: uno quidem modo tanquam
ex materia permanente: quo modo dicimus hominem
componi ex carnibus, neruis & ossibus. ¶ Alio uero
modo fit aliquid ex alio ueluti ex materia transeunte:
propterea dicimus sanguinem fieri ex chilo siue ex cibus
comestis: tales namque cibi sub propria forma non manent
in sanguine: beatus igitur Augustinus in auctoritate
adducta accepit: fieri siue consistere ex alio: quandoque
primo modo ut cum dixit: corpus consistere ex membris
officialibus: officialia ex similibus: aliquando autem in
eadem auctoritate accepit fieri seu consistere ex alio
secundo modo: ut puta tanquam ex materia transeunte:
ut dum dicit: Membra similia fieri seu consistere ex hu-
moribus: & humores ex cibus: ex quibus non sequitur
quod humores sint partes actu corporis humani sicut nec
cibi partes humorum. ¶ Arguitur uero quod sanguis sit pars

humani corporis. quoniam illud est pars alicuius sine quo id tale eē neq̄ ut Aristoteli placuit tertio libro suo de generatione ubi dixit: qualitates primas esse de substantia elementorum: & ita partes eorum essentielles: quia sine eis elementa esse non possunt: cum igitur homo esse non ualeat: seu uiuere: absq̄ sanguine ut colligit̄ ex Aristotele tertio de animalibus dicente. sanguinē semper esse in corpore q̄diu uiuit: relinquit igitur sanguinem esse hominis partem. Ad quā difficultatem respondentes dicimus: negando maiorem assumptam: quoniā & si totū nō possit esse sine partibus suis essentialibus: non tamē omne id sine quo totum esse non potest est eius pars essentialis. & ideo q̄uis sequatur: hoc est pars essentialis alicuius totius: igit̄ absq̄ eo id totum esse non potest: nō tamē eōuerso sequitur: utputa: sine hoc totum esse nequit: Igit̄ hoc est pars essentialis illius totius. cōmittitur enim fallacia consequentis ac si arguerēt hoc est animal: Igit̄ hoc est homo: arguntur enim a superiori: seu magis amplo: ad suum inferius & minus amplum: affirmatiue & sine distributione ¶ Que responsio adhuc magis declaratur: homo enim esse non potest sine unione aīe ad corpus: similiter nec sine risibilitate. ac ceteris eius passionibus: nō dicimus tamen sicut nec debemus. unionē illā eē partē hoīs sicut nec risibilitatem ac ceteras ipsius passiones: quia illo dato sequeretur: q̄ respectus esset pars essentialis rei absolute: Similiter accidentia cuiusmodi secundum communē opinionē sunt hoīs passiones: essent ptes essentielles substantie.

contra Aristotelem secundo phisicorum dicentem: q̄ non substantius non fieri substantiam ¶ Ad illud autem Aristotelis secundo de generatione superius adductum dicimus Aristotelem nō intellexisse neq̄ uoluisse per illud dictum: q̄ primas qualitates essent partes essentielles elementorū sed solum dixit eas esse de substantia eorū: q̄ sic ē intelligendum: uidelicet q̄ tales q̄litates necessario elementorū substantiam cōsequunt̄: cum quō tamen statim nō includantur tanq̄ partes intra eorū substantiam ¶ Item arguitur alio argumentō q̄ sanguis sit pars hominis. ex Damasceno libro tertio uerbum accepit totam humanā naturam ut totam mundaret: & sanctificaret: Igit̄ tantū beneficii memoriā: debuit in principalibus partibus nature humane dimittere: cū autē eam dimitteret ī sanguine iuxta illud. Hic est calix sanguis mei: & Quotiescūq̄ hec feceritis in mei memoriā facietis: Igit̄ sanguis est pars. Ad quōd respondemus: rationem istam nō concludere: sanguinē esse partem: sed solum q̄ talis memoriā debuit relinqui in partibus hominis principalibus: quod certe concedimus factum fuisse: cū in eucharistie sacramento totus Christus contineat̄ animam habens & corpus: cum ceteris consumptis: cum quibus etiam stat: ut hanc quoq̄ memoriā dimitteret Christus in aliquo: q̄d non erat ipsius corporis pars: utputa ī sanguine: quia in eo tanq̄ in cōseruate. Christi uita cōsistebat: que uita fuit pretiū principale humane redemptionis ¶ Arguit̄ insuper a quibusdā uolentibus probare: sanguinem esse hominis partem:

tali ratione. Secundū namq; medicos ut aiunt: uitalis spiritus concurrat ad hoīs entitatem. Igitur est pars hominis per consequēs & sanguis erit hominis pars: cum talis spiritus uitalis ut dicūt idem sit. qd sanguis uitalis. Ad quod respondemus negando cōsequētā: & ad medicos dicimus: qd ipsi intelligūt uitalē spiritū concurrere: ad hoīs entitatē: nō quidē constitutue: sed solum cōseruatiue. ad quod nō seqtur qd sanguis sit pars. Ad idem quidā tali argumēto arguūt creditēs id probare: quod: prius arguentes deducere conati sunt. s. qd sanguis sit pars: qā aīa ut dicūt magis utitur sanguine in eius operationibus. exercendis q̄ aliquo alio: ex sententia philosophorum. Igit̄ sanguis maxime uidetur esse pars. ¶ Ad quos respondemus: hanc eorū cōsequētā nō ualere: qā & si anima ī eius exercēdis operationibus sanguīe utat̄ tanq̄ extrinseco alimento: eo tamen non utitur tanq̄ organo: siue in trinseco instrumento: quīs ergo: ea qbus aīa utitur in operationibus suis: ueluti organū seu instrumentū intrinsecis sint hominis partes: nō expedit tñ: ut & illa: sint omnis ptes quibus anima utitur: tanq̄ extrinseco alimēto quēadmodū ē sanguis ut dictū fuit. Arguūt & alii ad idem tali ratione: quoniā nō ob aliā rationē sanguis nō ponitur esse pars corporis humani: nisi qā nō uiuit neq; sentit: sed arguunt istam nō eē suffitiētem rationē: qā cerebrū ut aiunt non sentit: similiter nec epar: nec ossa & per consequens talia: neq; sunt animata: neq; uiuentia: & tñ asserunt hoīs ptes: ergo ita poterit dici de sanguine. Ad quā rōnē rōndemus:

q̄ et si predicta nō sentiant: sunt tamen animata & actu uiuentia: cum nutriantur & uigēantur: sintq; sana: aut egra: non tamen sentiunt ob carentiam organū sensiu. Licet forte de epace dicere possēmus qd sentit: saltem quantū ad aliquas sui partes nēruo / las: Sanguis autē quia neq; proprie nutritur: neq; etiam augetur: nec dicitur sanus: aut eger: ut supius fuit ostensum: similiter nec sentit: ideo non est actu uiuens: aut formaliter animatus: seu pars humani corporis. ¶ Alio etiam argumento arguitur contra predicta. Humidum namq; radicale est pars humani corporis: Igitur & sanguis: consequētia sic probat: qā humidū radicale fit seu instaurat̄ ex sanguīe: Igit̄ sanguis est ps ipsius: & p̄ consequēs humani corpis. ¶ Ad quod argumentum respondēmus: negando: illam consequētiam: & ad probationē negatur hoc argumentum: Humidum radicale fit ex sanguīe: Igitur sanguis est pars ipsius: & per consequens humani corporis. Quemadmodum nō sequitur sanguis fit ex cibo: Igitur chylus est pars actualis sanguinis: quātis enim humidum radicale ex sanguīe fiat: seu instauratur: ex eo non tamen fit sicut ex materia p̄manente sed solum ut ex materia transeunte: & sic non opus est ut eius pars actualis existat. ¶ Alio quoq; argumento quis contra predicta possit arguere sic: Illud quod ad omnem differentiam positioni mouetur est actu uiuens & animatū: cū nihil moueatur secūdū omnem differentiam positionis nisi ab anima: sanguis autē cum sit alimentum: ex quo fit corporis nutritio

seu augmentatio in omni parte ipsius : mouetur ad
omnem differentiā positionis : alioquin ex eo nutri /
tio fieri non posset in omni parte eius quod nutritur
Relinquitur igitur esse dicendum : q̄ sanguis est actu
uiuens ac animatus. Ad quod respōdemus q̄ maior
argumenti assumpta uera est : si intelligatur actu uel
potentia : unde sanguis qui ab aīa mouetur ad omnē
differentiam positionis ut dictum est : etsi non sit
actu uiuens : neq̄ pars in actu corporis humani : in
potentia tamen & quidem propinqua : ei ista cōueniūt :
Anima namq̄ a qua mouet̄ sanguis : etsi non sit forma
actualis eiusdem : sed solum animati corporis : in quo
sanguis continetur : est tamen forma ipsius sanguinis
in potentia propinqua. Adducunt & alii quidam
contra predicta auctoritatē quandam. ysidori tertio
decimo libro ethimologiarum : in quo sentire uidet̄
sanguinem esse partem hominis : ait enim : Caro enī
ex quattuor elemētis compacta est : nā terra in carne
est : aer in anelitu : humor in sanguine : Ignis ī calore
uitali : & sequitur Habēt enim elemēta ī nobis suam
queq̄ partem. Ad quos respondemus : q̄ ysidorus
sumpsit in illa sua auctoritate compositionem largo
modo : siue extenso uocabulo : secundū quē modū
consueuimus dicere . q̄ cum aliqua plura conueniūt
in aliquo : facientia ad ipsius esse : illud componitur ex
talibus : sic est in proposito. Quoniā certum ē q̄ nec
aer attractus : neq̄ calor uitalis partes esse dicuntur
proprie dicte ipsius hominis : ut omnibus constat .
Quidam alii cōtra antedicta : afferūt dictū Britōnis

in libro de proprietatibus rerum adducens ysidorū
undecimo ethimologiarum . ibi namq̄ Brito hec dicit
Sanguis ex grecā ethimologia nomen ducit : q̄ uege /
tat : sustentat & uiuat etc. Igitur uidetur q̄ sanguis
uiuat : & per consequens q̄ sit pars corporis . Ad
quos respōdemus q̄ sanguis ideo uegetat : & sustentat :
quia est corporis alimentum : & sit presentia uitam ī
membris conseruat : cum uero subditur q̄ uiuat : in /
telligendum est . hoc in potentia propinqua : aut q̄
uiuat non q̄dem actu sed uirtualiter : quia dispositiue
est causa uite : Quemadmodum dicimus : solem esse
calidum quia est causatiuus caloris aut uiuat minime
proprie iuxta declarationem Alexandri de ales superius
positam . Quidam insuper medicus credidit : circa
predicta nos acriter molestare : ex quodam dicto
Auerois in suo colliget . Vbi ait Sanguinē esse mēbrū
corporis : ad quod illico sequitur eum esse animatum :
& p̄tē p̄ consequēs corporis . Ad quem respōdemus
Aueroum intellexisse sanguinem esse membrum non
quidem actu : quia contradiceret patri & magistro
suo Aristoteli : quemadmodum ex superius dictis
patere potest : sed in potētia propinqua : & hoc sufficit
pro intellectu illius auctoritatis . Cōtra quoq̄ p̄dicta
arguitur sic quoniam naturales describentes filium :
dicunt filium esse illum qui de patris substantia ge /
neratur : Pariformiter & patrem dicunt illum esse : q̄
de sua substantia genuit sibi similem in spetie : cū aut
filius generetur ex semine patris . Igitur tale semen
est de patris substantia : & per consequens pars . Igit

& sanguis: cum semen tale sit sanguis digestus in
membris genitalibus ob quam digestionem maiorē:
seu decoctionē: accepit alium colorē: q̄ prius hēret.
¶ Ad quod dicimus q̄ cum naturales auunt filium
generari de patris substantia: id sic debet intelligi: q̄
.s. illud ex quo filius generatur: utputa semen: fuit
aliquando coniunctum: ipsi patri siue substantie eius:
& non quid extrinsecum: seu loco seperatum a tali
patris substantia: fuit ergo semen substantia quedā
patris coniūcta: substantie patris & ab eo non distās
siue loco separata ad quod tamen non sequitur tale
semen: esse: seu fuisse actu uiuens aut partem actualē
patris constitutiua: unde sicut qualitates prime:
dicuntur esse de substantia elementorum non quia
sint eorum partes: sed solum quia eorum substantiā
consequuntur: & eidem coniunguntur: sic dicendum
est in proposito. Vel aliter possumus dicere: q̄ ideo
pater de sui substantia dicitur filium generare: quia
de parte illius quod est sue substantie conseruatiuū:
filium generat: quoniam semen dicitur esse superfluū
alimēti: & ita quādoq; fuit pars ipsius: utputa sanguis
nutrimentalis: quod quidem alimentum necessarium
est ad conseruandā substantiā ipsius nutriti. Posset
& alia responsio dari q̄ ideo filius de patris substantia
generatur: quia de semine paterno: quod quidem
semen & substantia est: & ipsius patris est. ¶ Aliter
etiā & posset illa descriptio declarari presupponēdo
dictū Aristotelis secundo phisicorum. s. q̄ intellectus
rem ex qua parū deficit accipit: ac si nihil deficeret:

Cū igit sanguis nutrimentalis cuius pars ut diximus
fuit ipsum semen esset in potentia propinqua: ut cō
uerteretur in substantiam ipsius patris. Igitur dicit
substantia patris: propterea consueuerūt philosophi
dicere patrem generare filium: de sui substantia. s.
de semine: quod quidem fuit pars sanguinis: conuer
tendi de proximo in substantiam patris. ¶ Possemus
deniq; talem patris descriptionem: sic declarare. p̄
de sui substantia filium genuit: quod li: de: notat p̄
cipium formale: seu quo: pater filium generat id aut
principium est patris substantia: siue natā: seu forma
patris: cum quo tñ stat: q̄ neq; sanguis: neq; semē pa
ternum: sit pars patris: siue de ipsius intrinseca sub
stantia. Item arguit principaliter: contra superius p̄
nos dicta: tali argumento: illud est pars hominis & p̄
consequens actu uiuēs quod est de ueritate hominis
seu humane nature. sed sanguis est huiusmodi igitur
et̄: maior p̄batur ex Aristotele secundo methaphi
sice dicente. q̄ unūquodq; sicut se habet ut sit. ita &
ad ueritatem. ex quibus colligitur. q̄ uniuscuiusq; rei
dispositio in ueritate: est eius dispositio in entitate:
Igitur id quod est de hominis ueritate: est & de eius
entitate: & per cōsequēs pars: minor aut. s. q̄ sanguis
sit de hominis ueritate: & humane nature: arguitur
sic. Quoniam sanguis est hōi naturale quid: sine quo
homo ipse uiuere nequit: anima quoq; sine eo nō pōt
recte diffiniri ea diffinitione ab Aristotele data in
secundo de aīa que est: esse principium uegetandi:
sentiendi. & secundum locum mouendi: membra

quoque humana eo deficiente deduci non possent ad
quantitatem integram completam atque perfectam necessario requi-
sitam ut homo possit eius naturales operationes exer-
cere: potissimum . operationem inter naturales per-
fectissimam: qualis est generare sibi simile: ex secundo
de anima. hec enim predicta: sanguinis convenientia:
non uidentur posse inesse: nisi ei. quod est: de hominis
ueritate: siue humane nature ¶ Pro solutione huius
argumenti: ceterorumque similium probantium: sanguinem:
aut aliquid aliud esse de ueritate hominis: seu humane
nature: notanda est una distinctio quadrimembris:
cuius tria membra colliguntur ex dictis domini Bo-
nauenture in quarto suarum sententiarum libro. Aliud
uero membrum ex Durando accepimus: in suo etiam quarto
libro: distinctio hec est ¶ Aliquid esse de ueritate:
seu integritate nature humane aut hominis: quadru-
pliciter potest contingere: Primo quidem modo: quia
id tale: ad esse hominis tanquam essentialis eius pars: sine
qua homo esse non potest: necessario requiritur: quem-
admodum se habent respectu hominis: partes eius
essenciales: materia. scilicet & forma ipsius: ex quarum unione
resultat hominis natura: que in ratione sua: nihil propter
huiusmodi partes essentielles includit ¶ Secundo uero
modo aliqua ad ueritatem: seu integritatem humane
nature: pertinere dicuntur: quia. scilicet. requiruntur ueluti
integrales partes: ad esse hominis: sine quibus tamen:
homo esse posset: quoniam preter naturam aliud quoddam
includunt: prout se habent pes: manus: & quedam
similia membra hominem integritate: quibus homo

carere potest: cum plures uideamus sine pedibus: ac
manibus: esse cuius: ratio est quia manus & pes: non
solum includunt id quod ad hominis essentiam atti-
net: sed etiam aliquid additum: ut puta quantitatem
talium figuram: sine quibus pes non enominaretur: aut
manus: & quecumque iis duobus modis pertinent ad
ueritatem humane nature: seu integritatem hominis:
intrinsicam ad ipsius integritatem pertinere dicuntur:
etsi magis intrinsicam pertineant ea quam sub primo mem-
bro diuisionis continentur: quam que continentur sub secundo.
¶ Tertio modo pertinent aliqua ad ueritatem: siue
integritatem nature humane: non quidem intrinsicam
aliquo modorum predictorum: sed pure extrinsece:
quia . scilicet. natura ipsa: secundum communem eius cursum:
saluari non posset: nisi adiunctis illis quemadmodum
sunt humores ¶ Quarto uero & ultimo modo dicuntur
aliqua: ad ueritatem hominis pertinere: siue ipsius in-
tegritatem: quia. scilicet. faciunt ad esse hominis decorum:
quemadmodum sunt unguis: capilli & barba. ex qua
distinctio facilliter dissoluitur argumenta quecumque:
probantia sanguinem esse hominis partem: ex eo quia
est de ueritate humane nature: Hec certe consequentia
non ualet: cum in plus se habeat esse de integritate:
seu ueritate humane nature aut hominis: quam esse ipsius
partem ut satis liquet ex distinctioe premissa: Idcirco
quis sequatur: hoc est pars hominis Igitur est de sui
entitate: seu integritate: non tamen ualet econtra sed
committitur fallacia consequentis: arguendo a magis
amplo ad minus amplum: Dico ergo sanguinem esse:

de ueritate: seu integritate hominis: aut humane nature: tertio modo: non autem primo & secundo: & sic nō oportet ut sit boīs pars: aut formaliter aīatus.

Argumētum cuiusdam preclari medici cōtra p̄dicta.

Postremo quidam insignis medicus: qui & aliquā theologie operam dedit: nititur theologico quodam argumento deducere: q̄ sanguis sit de ueritate humane nature: primo: aut secundo modo: Idcirco ei obuiare intendentes: eius rationem adducimus: quam & pro uiribus dissoluere mollemur: ratio talis est. Id est de ueritate humane nature: quod a saluatore nostro in cena: dum eucharistie sacramētū institueret simul cum corpore dignificatum est: Sed sanguis est huiusmodi: quoniam in talis sacramenti institutione: sicut corpus Christi fuit consecratum & per consequēs dignificatū dum dixit: hoc est corpus meum: etc. ita & tunc sanguis cōsecratus fuit: & dignificatus: cum dixit. Hic est calix sanguis mei etc. maiorem ip̄e probat quoniam iuxta aristotelem secūdo de anima actus actiuorum fiunt in patiente bene disposito. Igitur cum corpus & sanguis: ut dictū est a Christo eandem acceperint dignitatem: uidetur consequenter q̄ fuerint equaliter disposita: ex quo deducit q̄ si corpus ē de ueritate humane nature primo modo sequitur q̄ & sanguis. Ad quem: saluo semper meliori iudicio: respōdemus: q̄ talis sua rō si bene consideretur non multum stringit quia per idem

medium: quis posset deducere: q̄ panis & uinum: sunt eiusdem nature & speciei: quia in sacramēti eucharistie institutione: simul dignificata fuerunt cū panis transubstantiatus fuerit: in xp̄i corpus & uinū in sanguinē. Ex eodem insuper fundamēto posset p̄bri q̄ Christi corpus: & sanguis ipsius essent eiusdem nature: seu complexionis: ex quo simul: mō supradicto fuerunt dignificata: nec auctoritas illa Aristotelis p̄ eum adducta: ista cōcludit: & p̄ idem nō concludit: id quod doctor ille: p̄ eam deducere conabatur: Quā auctoritatem prius q̄ declarem: ut aliquid boni: p̄pter huius doctoris argumentum: factum: huic nostro opusculo inseramus: p̄mittemus unū theologicū: notandū uidelicet: q̄ in eucharistie sacramēto multa cōsecrari dicunt: seu fuisse consecrata: uario tñ et diuerso mō. Et primo quidē panis et uinum consecrari dicuntur: quoz consecratio nil aliud est: q̄ eorum transubstantiatio in rem sacram: panis enim in Christi corpus sacratissimū transubstantiatur: uinū uero in sanguinē ipsius: Secūdo panis et uini spēs etiā in hoc sacramento consecrari affirmatur quod nil aliud est q̄ effici signū rei sacre. Dixi notāter signū singulariter: qm̄ sacramētū illud est unū: idcirco ex spēsibus panis et uini ob sacramēti unitatē: fit unū signū unitate cuiusdā aggregationis: qd qdem signū: tali unitate unū finaliter et ultimate eandem rem sacram significat: qm̄ quāuis spēs panis: primo significant xp̄i corpus: quia tñ corpus illud ē aīatum habens sanguinē: ceteraq̄ aka requisita ad eē corporis aīati: idcirco tales spēs panis & uini: totum

Christū finaliter significāt: & simili mō de spēsbus uni
dicendum est: ee ergo spēs: ideo consecrari dicunt:
qa eandē rem sacrā: demū significant: siue eius signa
effitiuntur. Cōsueuimus insup dicere: qd xpī corpus
cōsecratur: similiter & eius sanguis: qd nil aliud est
q̄ Christū hoc in sacramēto: suscipere modū quēdā
spēalem: sanctificandi aīas nostras: quē modū de ordi
nata dei potētia nō habet: cū nō sumit secundū esse
sacramentale ipsius: Christus namq; deus & homo: nō
secundum sui esse sacramētale acceptus: de ordinata
potētia sanctificat: a nimā: pcedente in ea aliqua opa
tione meritoria: ueluti quadā dispositione p̄ua: aīam
ad huiusmodi sanctificationē disponēte. Xpus uero
deus & hō: secundū sui esse sacramētale sumptus: nō
solum aīam hoc mō dicto sanctificare ualet: sed etiā
eā rōne sue sumptionis sanctificat: cū. s. sumit: a digne
ipm accipiēte: siue māducante: & hoc mō accipiēdo
consecrari: nil aliud ē: q̄ fieri illius sanctificatiuū: qui
eū sumit & māducat: Igit̄ cū Xpi corpus cōsecratus:
similiter & sanguis ipsius: Xpus totus cōsecrat id est
secūdū tale eē sacramētale: suscipit modū sanctificandi
p̄dictum: eapropter Christus cū dixit. Hoc ē corpus
meum: etsi per li hoc: corpus suū consecratū demō/
strauerit quēadmodū & consecrauit: Vltimate tamē
& cōplete se totum demonstrauit consimiliter & de
sanguine dicēdum est: ex qbus r̄ndet̄ ad argumētū
prius factum. q̄. s. ea q̄ postremo fuerunt cōsecrata:
& dignificata ī eucharistie sacramēti īstitutione: fue
runt & sunt eiusdē nature: imo unum & idē omnino:

qa sicut iā dictum ē: id fuit: & est: ipse totus Xpus: &
secundum hāc r̄sionē uerificari poterit Aristotelis
illa auctoritas. Actus actiuoz: et̄ sufficit namq; ad
eius ueritatem: q̄ p̄cipale & ultimum patiens: uel
se h̄ns ad modum patientis: sit eōliter dispositum ac
eiusdē nature: nō expedit tñ q̄ illa q̄ primo uia ge/
nerationis: uel quasi uia generationis dignificata fue
runt: cuiusmōi sunt: corpus & sanguis sunt eiusdem
nature: aut similia siue eque disposita: quo ad oīa: nec
hoc pbat auctoritas illa. ¶ Sexta ueritas.

Sexta ueritas hec ē: Diuinū Verbum ī eius icar/
natione sanguinē nō p̄cipaliter assumpsit: sed
et̄ uerius coassumpsit: que quidē ueritas satis euidēs
unicuiq; poterit esse: si ad superius dicta recurrerit:
fuit namq; sup̄ius dictum ex intentione Damasceni &
Magistri sententiarum: animā intellectuā fuisse me
dium quo: assumptionis humane nature: aliorumq;
assumptoz: a Verbo: q̄ igit̄ fuerūt a uerbo assumpta:
fuerunt assumpta in habitudine ad aīam intellectuā:
ergo p̄pinq̄ora aīe intellectuē: eiq; imediatiora: simi
liter & p̄pinq̄uora humanitati: que ut sup̄ius p̄bau/
imus: extitit primū: siue p̄cipale: qd fuit assumptū:
fuerūt p̄cipaliter assumpta in habitudine ad ea: que
nō sunt illis: utputa aīe & humanitati ita p̄pinq̄ua. Cū
igit̄ actu uuētia: formaliterq; aīata ī hoīe sint aīe in/
tellectiue p̄pinq̄ora: q̄ non formaliter aīata: qa imme
diate perfritūtur: siue actuantur: p̄ eā uidelicet aīam:
sintq; imediatiora nature humāe cū sint: p̄tes ipius: &
p̄ cōsequens intrinseca: q̄ minime conuenire uident̄

actu in homine non uiuentibus : siue non formaliter animatis. cuiusmodi ē sanguis: ceteriq; humores ut ex premissis liquet : Relinquit igit q sanguis non fuit ex principaliter assumptis: sicut nec ceteri humores. sed magis ex coassumptis. Ad qd pbandū posset & alia rō talis adduci: qā habitudinē: seu habitudines: quas habet sanguis ad aīam: nō habet: nisi ut existit in corpore: nō enī conseruat uitā in mēbris: nec est alimentū corporis: aīe in suis opationibus deseruiens: nisi quatenus existit in corpe: cū igit ut dictū ē: que assumpta fuerūt a Verbo: fuerint assumpta in habitudine ad rōnalē aīam: Relinquit q sanguis remote & existens in corpore fuerit assumptus: & p cōsequens corpi coassumptus: & hoc dicit sanctus Thomas pte tertia qstione quinquagesimaq̄rta: & articulo tertio: in solutione scđi argumēti allegans Augustinum ad Consentium: Accepit inquit fleugma sanguinem: fel flauū: fel nigrū: q sint quattuor humores ut coassumpta uere autem assumpsit corpus & animam.

Septima ueritas.

Septima ueritas talis est. Et si a Xpi sanguine: q̄diu fuit eius sacratissimo corpi unitus: deitas se pata nō fuerit: ab eo tñ sup terrā sparso atq; effuso eam se patam fuisse pbabiliter confitemur. In q̄ ueritate due cōtinent cōclusiones: prima quarum hec ē. q̄ deitas unita fuit sanguini xpi: eius corpori actu cōiuncto: hec nanq; cōclusio satis patere pōt ex supius dictis: tradit nanq; beatus Damascenus ut fuit sup e rius allegatum: q̄ ea que fuerunt assumpta cū Christi

humanitate: ante assumptionē illā: pprio supposito: suppositata minime fuerūt: sed ī cōceptione assumpta & in assumptione fuere cōcepta: Igit sanguis Xpi cū ipsius corpore assumptus: fuit in tali corpore diuinitati cōiunctus: & diuino supposito suppositatus: ita q̄ nunq̄ fuit dare tempus in quo: in Christi corpe existens: nō esset diuino Verbo ypostatice unitus. Secūda cōclusio in eadem ueritate contenta hec est. Xpi sanguis ab eius corpore separatus & diuisus: deitati: seu supposito diuino: nō fuit coniūctus: q̄ conclusio multipliciter declarat. Primo q̄dem sic. Ea que a sola uoluntate diuina depēdent: nobis ignota siue īmanifesta sunt: nisi inquantū innotescunt: per sanctorum auctoritates: qbus clementissimus deus uoluntatem suam reuelare dignatus est: & manifestare: sed unio deitatis cū sanguine xpi effuso: non habet ex aliqua sanctorū seu sacre scripture auctoritate: talis aut unio esto q̄ fuisse: a sola dei uoluntate: ut cōstat: habuisset dependentiā: ergo unio talis est īmanifesta omnibus & ignota: Igitur neq; pertinaciter asserenda: nec affirmanda: patet consequētia: maior est eorum doctoris beati Thome parte tertia: questione prima: articulo tertio: minor uero declarat: qā si sanctorum aliquis: unionē talem itellexisset: siue posuisset: potissimum fuissent. Damascenus & Augustinus a quibus accepimus īseparabilitatē deitatis ab aīa & corpe Christi in triduo mortis: q̄ tñ sancti: nil nobis tradiderunt: de inseparabilitate deitatis a sanguine: in tali triduo effuso: qd̄ tamen uerisimiliter fecissent: si īseparabilitas



aufferet deus partē eius de libro uite: & de ciuitate
sancta. hec uerba ibi habent. ex qbus apparet q̄ illa &
solum illa in fide n̄ra tāq̄ catholica: uera & certa: affir
manda sunt: q̄ in scriptura sacra cōtinent: cui per nos
nil est addendū: neq; qd̄ in ea nō continet approban
dum. Corroborat istud idem: auctoritate Augustini
in undecimo de ciuitate dei: de sacra scriptura talia
referentis: Hinc fidem habemus de his rebus: quas
ignorare non expedit. nec p̄ nos nosce idonei sumus
hec ille. Ex qbus colligit: q̄ solūmodo: his fidē debe
mus prestare: que a scriptura sacra nobis traduntur:
propterea b̄n sequit̄. Scriptura sacra neq; docto: ū
approbato:z aliq; tradunt hoc: Igitur nō est a fidei:
tanq̄ quid uerū & fidei asserendū: Sed hāc nostrā im
pugnationem aduersarij sic dissoluere nitunt̄ dicunt
enī rationē n̄ram: secūdo loco factā: cōtra eoz̄ r̄lio
nē procedere: dū arguit̄ p̄ locū ab auctoritate nega
tiue uniuersali utputa. Istud nō habent nec explicite
nec implicite in aliquo loco scripture sacre: neq; ab
aliquo sacroz̄ docto:z: Igit̄ nō ē tanq̄ certū & uerū a
fidei tenēdum: cū quo t̄n stat: ut dicūt: q̄ locus ab
auctoritate pticulari: negatiue nō ualeat: utputa. Au
gustinus hoc n̄ dicit: Igit̄ nō ē tenēdū. R̄ndet̄ ergo
hāc suā solutionē ad propositum reducentes. q̄ etsi
Augustinus non exp̄sserit unionē illam: deitatis cum
sanguine: in triduo mortis Christi effuso: q̄a t̄n sacra
scriptura saltē implicite talē tradidit unionem: ideo
aut̄ asserenda ē: etsi Augustinus de ea nō fecerit mē
tionē. Cōtra t̄n istā responsionē arguit̄ sic. Quoniā

si unio talis cōtineret̄ ī sacris codicibus: aut explicite
in eis cōtineret̄: aut implicite: nō est dicendū primū.
diuersitas namq; opinionū theologorū: contraria de
hac unione sententiū: expresse nobis significat: unio
nem talem nō fuisse in sacris codicibus exp̄ssam: cum
enī doctores u totum sacrarū scripturarū codicē per
legerint ac declarauerint: in eādē p̄fecto sententiā
conuenissent: si unio talis in sacra scriptura fuisse ex
p̄licite posita: Nō est insup̄ dicēdum q̄ unio talis in
sacris codicibus contineatur implicite: q̄a sancti doc
tores quoz̄ labor et exercitiū fuit in explicando sin
gula: que uirtualiter & implicite ī sacra scriptura cō
tinentur: tractantes de unionibus deitatis: que in
mortis Xpi triduo remanserunt: & hāc affirmassent:
quatenus tali sanguini fuisse exhibita siue exhiberet̄:
si quid eius remansisset in terra debita ueneratio: qd̄
t̄n minime fecerunt: ut ex Damasceno patuit sup̄ius
allegato: q̄ nedū de unione tali mentionem nō fecit:
immo ex uerbis ipsius uisus ē sanguinē effusum a tali
unione excludere ut sup̄ius patuit. Augustinus insup̄
dū de unionibus talibus: tractatū faceret: nullā mē
tionē fecit de deitatis unione: cū Xpi sanguine effuso
immo uisus est oppositum quodammodo asseuerare: in
epistola quā ad Consentium scribit: que incipit: Quātū
ad oculos attinet corporales: ait enī ibi Augustinus:
Queris utrū nūc corpus dñi. ossa & sanguinē habeat:
aut reliqua carnis lineamēta: qd̄ si adderes utrū etiā
uestimēta nōne augeret̄ q̄stio: qua causa: nisi q̄a ea q̄
ī usu uite n̄re corruptibilia nouimus sine corruptiōe

cogitare uix possumus: & subdit infra: Fides adsit & nulla q̄stio remanebit: nisi forte de sanguine regren-
dū est: q̄a cum dixisset: palpate & uidete: q̄a spiritus:
ossa & carnē nō habet: nō addidit sanguinē: non ergo
& nos addamus inq̄rere: q̄d ille nō addidit dicere: &
de cōpendio si placet finita sit questio hec Augusti-
nus. Ex q̄bus nō nullis uideēt Augustinū noluisse aut
saltem dubitasse q̄ sanguis X̄pi: in eius morte effusus
in resurrectione ipsius fuerit reassumptus: in qua re
p̄fecto nō fuisset ābiguus: si aut fuisset opinatus: aut
credidisset sanguinē talem: ī mortis triduo diuinitati
fuisse coniunctū: q̄a ex hoc statim seq̄baēt: talē sang-
uinē fuisse reassumptū: quemadmodū & sequitur: ex
opinionē ipsorū aduersarioꝝ: Propter q̄d satis lucu-
lenter appet q̄ unio illa neq̄ ip̄licite neq̄ explicite cō-
tineēt ī sacra scriptura: ideo nō ē affirmāda: sed potius
oppositū. ¶ Videntes igitur aduersariū solutionē eorū
prius adductā: ad nostrā rationē: p̄pter ip̄pugnationē
nostras paulo ante recitatas fuisse iualidā. temptarūt
aliter p̄cipale nostrū argumentū dissoluere: Dicunt
enī q̄ Iohannes Damascenus dum in suo sentētiarū
libro: loq̄retur de unione deitatis cū Christi corpore
uiuo nil ex p̄sse loquutus est: de sanguīe: eo quia per
corpus: & sanguinem etiam itelligebat: sic & ī morte
nō expressit sanguinē: per corpus: X̄pi etiā sanguinē
intelligēdo: cū dixit deitatē ī mortis triduo nō fuisse
a X̄pi corpe separatā. ¶ Contra tñ hāc r̄n̄sionē que
magis fuga: sane q̄ responsio esse uidetur: arguit sic.
Quoniam cū Damascenus loquerēt de unōe deitatis

cum Christi corpe uiuente: satis expressit sanguinem.
tali corpori actu coniunctū: ac ceteras eiusdē corpis
partes: eo quia Damascenus ipse: talibus uerbis usus
est: quibus necessario deducitur deitatē uniri: corpi
X̄pi uiuenti: sanguinē & ceteris ipsius partibus: q̄
in eodē corpore uiuo actu cōsistebant. ait enī libro
tertio: capitulo sexto: Totū enī me totus assumpsit.
hec ille. In q̄bus uerbis: li totum sincathegorematicē
tenetur: cū ponatur a parte subiecti: ut singulis diale-
ticis constat: secundū quos li totū sic sumptum: quā-
libet partē significat. Idcirco dictū illud Damasceni
iuxta bonam logicam. sic intelligēdum est: totum me
assumpsit. i. quālibet mei: siue humāe nature partem:
Verbum diuinū sibi hypostatice uniuir: Ex ui ergo
horum uerborum necessario intelligitur & sanguis:
potissimum apud eos: q̄ affirmāt sanguinē esse huma-
nitatis partē: nec fuit necessaria alia de sanguīe expli-
catio: cum hec sufficiens fuerit: Igitur cum Damasce-
nus ut quilibet catholicus sibi rationabiliter suadere
potest: nō fuisset minus studiosus intradendo nobis
unionē deitatis cū sanguine: in triduo mortis: esto q̄
fuisse ut ipsi dicunt: q̄ unionē eandem cū sanguīe in
Christi corpore uiuo actu existente: Ideo cū de unio-
ne deitatis cū corpore X̄pi mortuo loquerēt: fuisset
usus uerbis: ex quibus necessario accepissemus sang-
uinem Christi effusum: a tali unione: nō fuisse alienū
quod tamen non fecit: immo dum dixit ab anima &
corpore aīo: & patet q̄ de corpore Christi mortuo et
exanguī loquebatur: uisus est ab illa unione sanguinē

excludere: ut superius declarauimus : quod etiam & Augustinus in epistola ad Cōsentiu allegata: superius optime declarauit: q̄ quidē Augustinus p̄ corpus nō intellexit sanguinē: cū uisus fuerit dubitare: an in resurrectione sanguis fuerit reassumptus: sic & rationabiliter existimādum est: & Damascenū. corpus Xpi: i mortis triduo: sine sanguine accepisse: Ex quibus etiā uidetur : ut superius dicebatur: q̄ sanguis in mortis triduo effusus : apud Augustinū: non fuit diuinitati cōiunctus: qm̄ si hoc Augustinus fuisset opinatus: p̄fecto nō diuisus fuisset dubitasse an in resurrectione sanguis ille fuisset reassumptus: cum ad talē unionem huiusmodi sanguis reassumptio: fuisset i resurrectione necessario subsequuta: ut aduersarij etiā dicūt. Preterea contra eādē responsionem arguitur sic. Quis enim talia rationabiliter pōt cogitare: q̄ si p̄ corpus uiuum & sanguis implicite intelligitur : q̄ etiam per corpus mortuum & sanguis ip̄licite intelligat̄. p̄fecto oppositū: rationabiliter dicendū esse uidet̄: quia cum dico corpus uiuū: dico & ip̄licite singula: q̄ ad ipsius uitam necessario exiguntur: de quoz̄ numero ē sanguis: sed cum de corpore mortuo & exanguis loquimur de corpore solum & a sanguine separato facimus mentionē: De tali aut̄ corpore mortuo & exanguis fuit Damascenus i premissa sua auctoritate per nos adducta loquutus: per quod corpus: sic sumptū: nō intellexit sanguinem: ut aduersarij dicūt: imo sanguinē ip̄m ab unione deitatis semouit: dum dixit: ab aīa & corpore aīo: quasi uellet dicere. Et si: cū de Xpi corpore uiuo

loq̄remur: dixerimus: totū eius corpus deitati unitū sanguinē. s̄ & ceteras eius partes : loquēdo tamen de eius corpore mortuo: de eiusq̄ aīa a corpore separata aīo. i. dico deitātē i separatam: solum ab aīa & a corpore a ceterisq̄ partibus actu in corpore existentibus: & p̄ hoc sanguinē exclusit. Nunc secundo loco ad pbādam secundā illam conclusionē nostram superius positā adducimus talē ratioūē: Id asserendum nō est ad quod sequitur symbolū: fidei nostre per sanctos patres nobis traditū: fuisse insufficientēs & diminutū : qm̄ talia asserere nū aliud esset q̄ sanctos apostolos: ceterosq̄ patres i traditione p̄cipiorū nr̄e fidei insufficientes atq̄ diminutos affirmare: cum articuli fidei contētī i symbolo: sint nostre fidei principia. Sequeretur insup hoc dato q̄ nostra fides catholica esset diminuta : q̄a principio aliquo & articulo careret quēadmodum & scientia: que si aliquo eius p̄cipio uacaret merito diminuta appellaretur. Sed dato opposito illius nostre secunde cōclusionis: ut puta: q̄ deitas fuerit sanguini Xpi effuso unita: statim ex hoc deduci pōt: symbolū fidei insufficientis atq̄ diminutū esse: Igitur id non est asserendum: tenet consequētia cum maiori ex predeclarat̄is: minor uero arguit̄ sic. Quoniā in symbolo ut notū est: cōtinetur dei filiū ex uirgine cōceptū: passumq̄ & sepultum: ac ad inferna descendisse: q̄ omnia sunt articuli fidei: queq̄ uerificantur ratione hypostatice unionis : qua diuinū uerbum unitū fuit Xpi humanitati : eiusq̄ anime & corpori in triduo mortis. Si autem uerbū diuinū fuisset Xpi sanguini i mortis

eius triduo coniunctū: cum aliqua pars talis sanguis fuerit tunc in cruce: alia uero in terra sparsa: aliqua in spinea corona: alieque multe in flagellis & clavis: tunc omnes iste propositiones per idiomatū cōmunicatiōnem uere essent: suscipiendę fuisent tanq̄ fidei articuli. s. dei filius in triduo mortis fuit in cruce: fuitque sparsus in terra: & iacuit super terram effusus: denique fuit in corona: flagellis: clavis & lancea: cum autē has propositiones: neque apostoli: nec sancti patres: nobis in symbolo tradiderūt: sequit̄ quod diminue se habuerūt: in talis symboli traditione: quod minime dicendum ē: Cum igit̄ ex his: que dicta sunt: propositiones ille concedende non sint: ergo nec affirmanda est unio illa: ex qua: ut premissum est: ille propositiones: tanq̄ uere & concedende: ab omni catholico sequerent̄. Hec ratio cōfirmatur: per dicta sancti Thome pte tertia: questione quinquagesima: articulo secundo: dicētis. Ea que sunt humane nature: non dicunt̄ de filio dei: nisi ratione unionis: sed de filio dei dicit̄: id quod cōuenit corpori post mortē. s. esse sepultū: ut in symbolo fidei dicitur: Igitur in morte: corpus Xpi: fuit deitati coniunctū: hec doctor ille. Ex quibus colligit̄ quod sicut propter hypostaticam unionē: illa que corpori cōueniebant: in morte: etiam uerificata sunt de filio dei: p̄ idē: si sanguis effusus: diuino uerbo fuisset unius: ea que ipsi sanguini conueniebant: & in morte: filio dei cōuenissent. & sic propositiones ille omnes: supius posite: uere fuisent & concedēde: quod tamē sancti theologi: usque ad hec tempora: non dixerunt: neque

etiam patres: qui fidei symbolum confecerunt. ¶ Ad hanc rationē nostrā respondent: nobis in opinione aduersantes: uariis modis: & primo: cōcedendo illas oēs propositiones: Xpius dei filius in triduo mortis erat in terra effusus: eratque in cruce: lancea: spinis: clavis & corona: quas propositiones apostoli ut aiūt implicite in symbolo tradiderūt: quia ponētes istas: Christus fuit mortuus: sepultus & ad inferna descendit: implicite posuerunt & illas: que & si a theologis cōmuniter nō dicant̄: dici tū uere possunt. Et ad cōfirmationem huius sue r̄sionis adducūt id psalmi. sicut aqua effusus sum & dispersa sunt oīa ossa mea. ex quibus habet̄: quod hec propositio cōcedenda est. Christus siue deus fuit effusus & quēadmodum ista: sic & alie p̄posite: ¶ Contra istā r̄sionē satis militat beati Dionysii auctoritas: qui in principio sui libri de diuinis nōibus admonens catholicos quid debeant affirmare: & quod nō: ait nō esse audendū dicere: aliquid: siue itelligere de occulta deitate: p̄ter ea: que ex sacris eloquijs nobis diuinitus sunt expressa. hec doctor ille: affirmare ergo propositiones: quas nūq̄ sanctorum doctorū aliquis expressit est nimis presumere: eis profecto nō fuisset labor magnus propositiones illas dicere. seu explicare: pro ampliori fidelī instructione: si tales concedēde fuisent: quēadmodū dixerunt eum sepultū & ad inferna descendisse. Illud autē psalmi quod ad suū propositū confirmandum adducunt: si accipiatur iuxta sacrorū doctorū intelligentiam: nullo modo facit ad eorū propositū: quod ut clarius appareat audi Augustinū

uerficulum illum aliter declarantē: inquit enim: sicut
aqua effusus sum. i. occisus sum ita uiliter ab eis: ut aq̄
effunditur: non sine causa autē: aque effusione utit̄:
in compatione sue mortis: aqua enim quādo effundit̄
tria facit: abluat enī: irrigat: & lapsum pedibus facit
ita effuso. i. mortuo X̄po ablute sunt uitiorū sordes:
& irrigitate sunt uirtutibus mētes: & deniq; lapsi sunt
psequutores: quia pro necis Christi peccato iterius:
exteriorq; puniti sunt Iudei: & pre timore passionis
dispersa sunt omnia ossa mea. i. dispersi sunt discipuli
mei: qui futuri erant: firmamenta corporis mei: eccle
sie. s. quia eo relicto omnes fugerūt. hec Augustinus
ex qua glosa colligitur euidēter: propositionē illam
Sicut aqua effusus sum: non fuisse a psalmista conces
sam: per cōmunicationem idiomatū: & quia sanguis
fuerit effusus: sed magis per similitudinē quādam q̄
fuit inter Christi occisionem: & aque effusionem &
sic uersus ille non facit ad eoz̄ propositū ut credebāt
Secundo adducunt quādam aliā responsionem: du
bitantes ut merito dubitare debebant: ne illa prima
sua responsio: sicut neq; faciebat: euacuaret argumē
tum: dicunt enim q̄ idiomata: que de partibus dicūt
ut partes sunt: non expedit ut dicantur: de uerbo
non enim: ut aiunt concedimus q̄ uerbum sit forma
Ad huius autē sui dicti corroborationem: afferūt
sancti Thome sentētiā. tertia parte: questione quīqua
gesima articulo tertio **S**ed contra hāc secūdā eoz̄
respōsionē arguit: hec enī propositio cōcedit̄ Verbum
in X̄pi mortis triduo: iacuit mortuū in sepulchro.

Constat autē q̄ hoc predicatū: dicebatur solū de pte
quia de Christi corpore propter cuius unionem ad
deitatem uerificatur siue uerificabatur. et de uerbo
dei corpi illi unito: pariformiter & ppositio hec cōce
dit̄. Dei filius: siue X̄pus mortuus: in cruce pepēdit:
& tñ pdicatū istud: dicit̄: seu dicebāt de pte: puta de
eius corpe. Et cū p se adducūt sanctū Thomā: dici
mus quēadmodum & eos dicturos nō dubitamus: si
passiōe deposita: illius sancti dicta meditari uoluerint
per que sanctus Thomas in illa parte nil aliud dicere
uoluit: nisi q̄ idiomatū cōmunicatio fieri habeēt ī cō
creto & nō ī abstracto: pōit enī sanctus ille ibidē hec
uerba. Ad tertū dicendū q̄ dei uerbū: ppter unionē
humane nature: nō dicit̄ humana natura: sed dicitur
homo: q̄si hñs humanā naturam: anima autē & corpus:
partes sunt humane nature essentielles: unde propter
uerbi unionē ad utrūq; eoz̄ nō cōcedit̄ q̄ uerbū dei
sit aīa aut corpe. hec doctor ille. q̄si dicere uoluerit:
sicut ppter unionē humāitatis cū uerbo nō cōcedit̄:
q̄ uerbū sit humanitas ī abstracto: sed bñ cōcedit̄ q̄
ē hō ī cōcreto: ita neq; ppter unionē eiusdē uerbi: cū
aīa aut corpe: debemus cōcedere ī abstracto: q̄ uer
bū sit aīa: aut corpe: sed in cōcreto concedit̄ uerbū
eē aīatū: aut corporeū. i. aīam aut corpus habens siue
suppositās. Sicut idiomata sumpta cōcretiue: que de
toto hōie: dicunt̄: de uerbo etiā uerificant̄: ut flagella
ri: crucifigi & huiusmodi: sic & idiomata sumpta cō
cretiue: que de ptibus humāitatis uerificāt: etiā & de
uerbo: ptibus eidē unito: uere affirmant̄: sicut iacere

mortuū ī sepulchro: descendere ad īferna: et cetera
huiusmodi: Consimili etiā mō dicere possemus: si dei
uerbum sanguini effuso: unitū fuisse: q̄ hoc idioma
sumptū cōcretiue. [i.e. effusum: dictū & uerificatum:
de sanguine: fuisse & uerificatum de uerbo. Quod
āplius tali ratione declarā: supponēdo ea q̄ a sanctis
doctoribus: cōiter tradita fuere. s. q̄ cōicatio idioma
tū: fit ratione unionis: hypostatice: que post unionē
beatissime trinitatis: inter ceteras alias uniones ē pri/
cipalior: maior: seu excellētior: quo fundamēto stāte
arguimus sic. Vbi cūq̄ ē eadē causa suffitiēs: & to/
talis alicuius effectus: ibi & idem effectus cōsequen/
ter repit: seu pōt reperiri: cū causa & effectus simul
sint & nō sint: ex secūdo physicoꝝ: potissimū loquē/
do de effectibus a suis causis depēdentibus ī fieri &
cōseruari: Vnio autē hypostatica ut fuit dictum est
totalis causa cōicationis idiomatū. Igit̄ in q̄buscūq̄
reperit̄ unio hec hypostatica: & in eisdē reperitur: uel
saltē poterit reperiri: idiomatū cōicatio. Cōstat autē q̄
tanta est hypostatica unio: inter ptes humanitatis &
uerbū ac inter sanguinē effusum: scdm̄ aduersarios &
uerbū: quāta ē īter humanitatē & idem uerbum. Igit̄
quēadmodū ppter talē unionē humanitas cōmuni/
cat uerbo idiomata sua cōcretiue sumpta: ita & rōne
eiusdē unionis ptes humanitatis eaz̄ idiomata sumpta
cōcretiue & ip̄i uerbo cōicabūt: similiter & sanguis si
ei effuso uerbū cōiunctū fuisse: ex q̄bus luculenter
appet̄ eoz̄ rñsionibus nō obstātibus: q̄ principalis nra
rō sup̄ius adducta: p̄manet ī uigore suo. Adducunt

insuper aduersarii aliā quandā tertiā rñsionē: p̄ quam
credūt rōem nram: factā sup̄ius dissolueſ p̄supponūt
enī q̄ quedā sint ptes: que apte nate sunt suū totum
denominare: quēadmodū totus hō denominat̄ crispus
ab eius capite crispo: Alie uero ptes sunt que nō ua/
lent totū denominare: quēadmodū dentes ethyopis
albi: nō denominat̄ ethyopē albū: Dicūt igit̄ q̄ sang/
uis est de numero eorū: q̄ nō denōiant totū p̄pterea
si sanguis sit sparsus: non p̄pter hoc hō dicit̄ sparsus:
neq̄ per cōsequēs uerbum: seu Christus poterit dici
sparsus. Sed ista responsio: meo tenui iudicio potius
dicenda ē fuga & somniū quoddā: q̄ solutio: qd̄ decla/
ro q̄a et si hec pars utputa sanguis: quē uolūt esse ptē
humani corporis: nō denominet totū hōiēm nō seq̄t̄
tñ quī ratione hypostatice unionis: que ut dictū est
erat idiomatū cōicationem hoc idioma effusum: seu
sparsum nō cōueniat filio dei: quēadmodū dicebatur
de idiomatibus humanitatis cōcretiue sumptis: q̄ dei
filio conueniūt ppter hypostaticā: unionē humanitatis
cū uerbo. Quod confirma q̄a ubi eadē causa effitiēs
& ē totalis: ibi & erit seu eē poterit idem effectus. ut
superius declaratū ē: sed tota causa: & suffitiēs cōica/
tionis idiomatū: est hypostatica unio: ut fuit dictum.
Cum autē tanta hypostatica unio: sit inter uerbū &
sanguinē sparsū: secūdum eos: ac ceteras ptes: q̄ totū
non denōiant: quāta ē īter uerbū & humanitatē: Igit̄
quēadmodū ob hypostaticā unionē: humanitas uerbo
sua idiomata cōcretiue sumpta cōicat. sic & sanguis
ac cetera partes totū nō denominātes rōe cōsimilis

unionis uerbo diuino: & sua idiomatica comunicabūt .
Quod iterū sic corroboratur esto enī q̄ tanta unioe
hōi ethyopi dens eius uniret: quāta caput sibi unitur
& q̄ unio capitis. crispī ad hominē esset totalis & suf-
ficiēs causa: qua caput crispū denominaret totū: seq̄
retur etiā: q̄ unio dentis ad ethyopē: esset causa cōli-
milis effectus: & q̄ sicut caput crispum: denominat
hominē crispū: sic & dēs albus denominaret ethyopē
album: Ex quibus uidetur q̄ rñsio illa sua fuit nulla .
Quod ipsi uidentes conati sunt eandem rationem
nostram alio quodam modo euacuare. **S**upponūt
enim q̄ nulla proprietas humane nature possit predi-
cari de filio dei: nisi & uerificari possit de filio hōis cū
ergo ut aiūt: eē effusum nō p̄dicet de filio hōis n̄ enī
cōueniēter diceretur Petrus aut Paulus sunt effusi.
Igit̄ nec uerificabitur seu uerificari poterit de uerbo
dei sanguini effuso: hypostatice unito. Sed cōtra hāc
responzionē adduci pōt ratio paulo añ adducta: fun-
data sup̄ unione hypostatica: q̄ ut dictū ē cāt cōica-
tionē idiomaticū . Secūdo & qd̄ assumūt: falsum uidet̄
qm̄ theologi sacri has propositiones concedūt. **D**eī
filius mortuus ī cruce pepēdit: iacuit mortuus ī sepul-
chro: que p̄dicata dicūtur de dei filio: ratione corporis
Xpi. nec tñ dicunt̄ de filio hōis. qm̄. postq̄ sortis est
mortuus: nō āplius ē sortis neq̄ hōis filius & p̄ cōse-
quēs nec illa p̄dicata possent dici de hōis filio: sed so-
lummō de his que aliqñ partes eius fuerūt: qui qñq̄
fuit hōis filius: Ideo falsum est q̄ affirmabatur. s. q̄
nullū idioma nature bumāe: possit de filio dei p̄dicari

nisi etiā possit predicari de filio hominis. **R**ndent
insup̄ u uiri ad eandē nostrā rōem hāc quāta rñsione
dicētes: q̄ etsi diuinū uerbū: fuerit unitū hypostati-
ce sanguini effuso: nō p̄pterea dici debet effusum:
sicut nec sanguis ille dicit̄ icorruptibilis etsi sit icor-
ruptibili uerbo unitus. Sed contra istos posset pri-
mō adduci ratio illa sup̄ius tacta & fundata ī unione
hypostatica. **S**ecūdo possunt ipugnari p̄ eoz̄ dicta:
& per eos affirmata: qm̄ uolētes pbare suā opinionē:
q̄. s. uerbū diuinū unitū fuit Christi sanguini effuso:
adducūt illud Petri. Nō corruptilibus: auro & argē-
to redēpti estis: sed p̄tioso sanguine agni. Ex quibus
uolūt beatū petrū sensisse: sanguinē illū p̄tiosum fuisse
incorruptibilē: qd̄ & ipsi cōcedūt: & ex hoc inferūt: q̄
fuit uerbo unitus: cuius uniois gr̄a icorruptibilis dic-
tus ē. Nūc uero eoz̄ q̄ dixerūt imemores effecti: ha-
bent p̄ incōueniēti: sanguinē illū uerbo unitū dici in-
corruptibilē: & sic sibi ipsis cōtrariari uident̄. Qui aut̄
sibi malus ē cui bonus: **D**eīq̄ adducūt ad p̄fatā n̄ram
rationē: hāc aliā rñsionē. s. q̄ idiomaticū cōicatio debet
feri ī obliquo: ut filius dei habet sanguinē effusum.
Cōtra quā rñsionē: facit rō de hypostatica unione
sup̄ius crebro formata: facit etiā q̄a Damascenus &
alii doctores sancti loquētes de cōicatione idiomaticū
ostēdūt oppositū eorū q̄ ipsi affirmāt faciētes tales p̄-
dicationes ī recto: sicut sunt: iste filius dei. ē mortuus:
sepultus: natus et cetera. Nō igit̄ ē tutū discedere a
doctrina sanctorū patrū. Preterea si hoc idioma hēre
sanguinē: cōueniat filio dei: sibi inerit: rōe bumāitatis

siue corporis humani: sanguinē in se actu hūmānis: cui corpori
dei filius unit: Vñ ideo dicimus filiū dei: hūmāni sanguinē: quia unitus ē corpori sanguinē actu hūmāni. Cōstat autē quod
effusio sanguinis: uerbū diuinū nō uniebat corpori hūmāni
actu sanguinē: sed magis corpori exanguis. Igitur neque fu-
isset uerū dicitur dei filiū hūmāni sanguinē: ergo neque sangui-
ninē effusum. Post quod ostendimus eorum ratiōes: pro nos im-
pugnatas: nām scđam rōem nō euacuasse: restat nūc
ut cōclusionē nām supius positā hac tertia rōe robo-
remus: arguitur ergo: quod diuinū uerbū: in mortis triduo nō
fuit sanguini effusio cōiunctū: quā si oppositū eēt af-
firmādū: potissimū pueret. ob auctoritatē Damasceni
quā & ipi adducūt cōtra nos: uidelicet: quod semel assūp-
sit nūc dimisit. Cū igitur ut dicūt. uerbū diuinū: Xpi
sanguinē semel assumpsit: ut clarū ē: igitur ab eo nūc
fuit sepatū. Sed cōtra eos arguo sic. quod. scilicet. ex hac aucto-
ritate nō sequitur id quod per eā probare intendūt: quia aut illa
auctoritas: ē uniuersaliter intelligēda: de oibus assump-
tis: aut particulariter tām: & solum de aliquibus assumptis: Si
dicat scđm: tūc argumētū suū nō ualet. uidelicet. ali-
quod uerbū diuinū assumpsit nūc dimisit: Igitur sanguinē
quod diuinū uerbū aliquā assumpsit: nūc dimisit: arguitur
enī particulari ad particularē aut indefinitā uel singulārē
ac si argueret. Aliquis hō est sanctus: ergo Socrates ē
sanctus: & patet: quod sic arguēdo nō ualet cōsequētia. Si
uero dicat primū quod auctoritas. scilicet. illa uniuersaliter deat
intelligi. Tūc ad eā sic uniuersaliter acceptā: sequeretur
multe hereses. Primo nāque sequitur: quod xps nūc fuit mor-
tuus: quia nūc deposuit humanitatem: ex quo eā semel
assumpsit: Insuper sequeretur: quod nunc xpus esset mortalis

& passibilis: famēque ac sitē ceterosque labores. quos per-
passus ē actu sustinēs & patiens ex quo semel oīa ista
assumpsit: ut Damascenus ait tertio suarū sententiarū.
Sequitur etiā quod xpus nūc esuriuit neque sitiuit cū elu-
res & sitis non pueniant nisi ex resolutione humidi
facta a naturali calore: nil autē humidi in Xpo resolu-
siue corrupti potuisset: ex quo totū humidum fuit a
uermo assumptū & per cōsequens nūc dimissum. Item
ex auctoritate illa uniuersaliter intellecta sequeretur quod
Xpus semper fuit: in eodē ubi & in eodē quā: ex quo hec
semel assumpsit: & sic nūc localiter motus fuit: neque
etate pfectit: Sequitur denique ex eadē auctoritate: sic
accepta: quod deitas semper fuerit unita sanguini cuius-
bet nutritiōnali a Xpi corpore separato: cū talis san-
guis: semel fuerit a uermo assumptus: quod repugnat
sentētie sancti Thome quolibet suo quāto. Ex quibus
oibus clare colligitur. quod fundamētū id quo probare nitū-
tur deitate unita fuisse Christi sanguini effuso nō est
uolidū. Ad hanc tām rōem nām rōndent aduersarij: quod
auctoritas illa: sumēda ē: siue intelligēda uniuersaliter
Cōsequēter dicūt: quod iconueniētia illa: quod ex ea aucto-
ritate sic intellecta: deducta fuere: sequerentur si
nō excluderentur in scriptura sacra implicite aut expli-
cite. prout excluduntur. In scripturis namque sacris:
ut dicunt continetur: quod Christus mortuus est & per
hoc ostenditur separatio: seu dispositio humanitatis
a uermo: & non solum humanitatis: sed etiam aliorum
omniū quod p̄supponebat existētiā humanitatis. in scriptis
quoque habet quod Xps surrexit a mortuis. ex quo sequitur:
quod ei illa attribuūt que cōueniūt statui resurgētū cui

status non cōuenit hēre sanguinē nutrimentalem & sic sanguinē talē deposuit. Habet etiam: q̄ Christus fuit integer hō: & p̄fectus: mortalis atq; passibilis. Igit̄ ei attribuebāt siue attribuēdū erat: quicqd naturaliter ceteris hōibus cōueniebat: put fuit multarū eius p̄tium resolutio: & hēre sudores: unguēs: & capillos sup̄fluos: quos deposuit: Cōcludūt ergo uiri isti: q̄ oīa q̄ diuinū uerbū assumpsit: & q̄ in scripturis sacris: neq; explicite: neq; ip̄licite iueniūt ab eo fuisse deposita: nūq̄ dimisit: & ex hac auctoritate sic it̄lecta: nos in n̄ra opinōe credūt: fortiter molestare dicētes: q̄ cū euidēs sit uerbū diuinū: semel sanguinē assūpsisse: de quo ī scripturis sacris: nec explicite: nec ip̄licite mētio ulla fit: q̄ fuerit dimissus. Reliquit̄ ut aiūt: q̄ sanguinē talē nūq̄ uerbū deposuit. **H**oc idē cōfirmāt: qm̄ si uerbū dimisisset sanguinē ī sue mortis triduo: p̄ idē dici posset eū dimisisse: ī eodē triduo p̄tes minus p̄cipales: cuiusmōi fuit p̄iguedo & ceteri tres humores. Corroborāt ulterius hoc idē: qm̄ si talē sanguinē dimisisset. sequerēt̄ q̄ fuisset generata hypostasis q̄ dā sanguis de nouo: alia & diuersa a uerbi hypostasi: cuius oppositū habet: damascenus: ī tertio libro suarū sententiarū: ī quo asserit: q̄ nūq̄ generata: ē alia hypostasis ab hypostasi uerbi. Et dēiq; nitunt̄ p̄bare talem separationē uerbi a sanguīe: nō fuisse factā: p̄pter hoc q̄a rō p̄pter quā pars aliqua a Xpī corpe sepata: fuit uerbo unita nō uidēt esse alia: q̄ q̄a pars talis erat in resurrectione reassumptibilis: sed sanguis effusus in mortis triduo fuit reassumptibilis ī Christi resurrectione: igit̄ concludūt: q̄ fuerit diuino uerbo cōiunctus:

Nos uero uolētes us eorū dictis obuiare duo faciemus. Primo qdē ipugnabimus multa: que ip̄i r̄ndēdo dixerūt: Postremo eorū argumēta dissoluemus quibus n̄ra opinioem falsam ostēdere. Arguimus igit̄ cōtra eorū quādam cōsequētiā: quā r̄ndēdo tanq̄ ualidā adduxerūt. s. christus mortuus ē: igit̄ deposuit humanitatē: & ex hoc dixerūt: depositionē humanitatis a uerbo: fuisse ip̄licite traditā ī scriptura. Cōtra hoc arguimus: q̄a apud solēpnes theologos quorū opinio fuit: q̄ Xps ī triduo mortis fuerit hō: & p̄ cōsequens q̄ uerbū humanitatē nō dimiserit: q̄ nil aliud ē sc̄dm eos: q̄ corpus & aīa: talis cōsequētia nō ualeret: & sic p̄ id aduersari nō p̄barēt uniuersaliter: & apud quosq; q̄ depositio humanitatis ip̄licite fuerit tradita ī scripturis. Illud quoq; qd̄ dicūt uidelicet: si xps sur̄rexit a mortuis igit̄ deposuit sanguinē nutrimentalē: q̄a sanguis talis nō cōuenit status resurgētū: ē de directo cōtra eorū opinionē: eo q̄a ad illud sequit̄ q̄ xps ī resurrectione: totū sanguinē ī passiōe effusum: nō resumpsit cuius oppositū affirmat sanctus Thomas ī suo quinto quolibeto: & p̄bat consequētia qm̄ mortis seu passiōis sue tpe. xpus habuit: sanguinē nutrimentalē: q̄a q̄d̄ ip̄e uixit: uirtus eius nutritiua: nūq̄ a sua operatione seucta: aut sepata fuit: cū eius sepatio ab eius operatione: mors sit: ut habet. Auerois sc̄do de aīa: talis aut nutritio fieri n̄ poterat absq; sanguine nutrimentali: q̄a ideo sic dictus ē: q̄a eo nutritiua nutrit: & sic sue passiōis rēpore: in xpo fuit: talis sanguis: cū aut̄ ut dicūt sanguis talis: nō cōueniat status resurgētū. Reliquit̄ q̄ ī resurrectione reassumptus nō fuerit

quod erat probandum . Illud etiam quod tertio loco dicunt: utputa q̄ Christus fuit integer homo & perfectus: passibilis & mortalis: & per consequens habēs: ea que ceteris hominibus conuenire noscuntur: sicut sudores: unguēs & superfluos capillos: ceteraq̄ huiusmodi: unde concludere contra eos: quoniam per hoc deducit̄: q̄ quēadmodū ceteri hoīes: naturaliter & de cōi cursū: ī ea etate exñtes: in q̄ X̄pus mortuus est: solent hēre plus de sanguine q̄ requirāt p̄ eorum nutritiōe: & sic dicēdū esset de X̄po: & p̄ cōsequēs in x̄po: passionis sue tpe: fuit aliqs sanguis: nō pertinēs ad ueritatē humane nature: cuius oppositū affirmat scūs Thomasi suo quito quolibeto: ex q̄bus appet q̄ credentes n̄ram roēm dissoluere: multa cōtra se affirmant . Nūc aut̄ supeest ut eorū argumēta cōtra nos: euacuemus & primo adducta primū: cū dicūt nō esse comptum ī scriptura: neq̄ explicite: neq̄ implicite q̄ deitas fuerit a sanguine effulo sepata: r̄ndemus istud negādo: Quoniā Damascenus hoc exp̄sse uoluit ut ex auctontate sua sup̄ius allegata satis luculēter deduximus habēt. Item Iobis primo. Verbū caro factū est: & ita Verbū: hūanam carnē accepit: ad quod sequitur: q̄ eam sumpsit rationali aīa mediante: ut theologis placuit: Igit̄ formaliter aīata: primo seu principaliter assumpsit: ināiata uero: de quoz̄ numero est sanguis coassumpsit: & pro quanto erant animatis coniuncta. Ex quibus postea sequitur: q̄ postquam fuerunt ab aīato corpore diuisa: fuerūt & a uerbo sepata . Ecce igit̄ quō: talis sepatio implicite ī scriptura cōtinetur.

Ad aliud eorum argumentum respondemus: q̄ si in triduo mortis cristi ceteri humores fuissent a cristi corpore seperati: fuissent etiam seiūcti a uerbo: quē admodum et sanguis: Idem dicendum esset: de omnibus coassumptis neq̄ hoc est inconueniens . Ad aliud ipsorum argumentum super dicto Damasceni fundatum dicentis. q̄ nusquā fuit generata alia hypostasis ab hypostasi uerbi . Respondemus damascenum intellexisse de hypostasi eorum: que fuerunt principaliter assumpta. non autem de eorū hypostasi: que coassumpta fuere de quorū numero erat sanguis: et q̄ hec fuerit Damasceni intentō. audi quid dicat tertio suarū sentētiaz libro ii. capitulo xxvii. nam iquit corpus enim et anima: ex principio in uerbi hypostasi habuerunt existētiā . & in morte a se inuicē diuisa singulum eoz̄ manserunt. nam hypostasim uerbi habentes. & subdit infra. Numq̄ enim neq̄ anima neq̄ corpus ppriam habuerūt hypostasim: p̄ter eam que uerbi hypostasim & si anima a corpore localiter sepata est. p̄sonaliter tamen per uerbum unita fuit hec ille doctor. In quibus uerbis Damascenus expresse uidetur loqui de partibus essentialibus & p̄cipaliter assumptis. nō autem de coassumptis cuiusmodi fuit sanguis. de quo ipsi arguebāt . Deniq̄ ad ultimū eorum argumentum per eos adductum respondemus: Cum enim dicunt. q̄ ratio propter quam pars aliqua cristi corporis. ab eo separata unita est deitati. non ē alia nisi q̄a talis in resurrectione. reassumptibilis erat Dicimus q̄ non recte imaginantur. non enim illa est

ratio. sed magis quia fuerunt principaliter assumpta. animataque ac uerbo unita cuiusmodi non est sanguis qui cum non sit animatus non est principaliter assumptus sed magis coassumptus. ut placuit sancto thome tertia parte. q. lxxii. articulo tertio & in solutione secundi argumenti ubi sic ait. Accepit sanguinem fleugma. fel flauum. fel nigrum qui sunt quatuor humores ut coassumpta. Vere autem assumpsit animam & corpus hec doctor ille: Ex quibus apparet quod dicebatur Postquam tertia nostra. quadam ratione deduximus conclusionem opinionis nostre superius positam. ostendimusque responsiones aduersariorum non fuisse ualidas nunc uero restat ut conclusionem eandem demonstramus ueram esse. quarta euidenti ratione que hec est Illud quod ad humane nature non pertinet ueritatem a corpore christi separatum. deitati unitum non fuit: sed sanguis est huiusmodi. igitur seiunctus a christi corpore deitati non fuit coniunctus. consequentia patet. maior assumpta deducitur ex dictis beati thome quinto suo quolibeto ubi habet quod sanguis nutrimentalis re assumptus non fuit. neque effusus deitati unitus. quoniam ad nature humane ueritatem non pertinebat. minor autem probatur ex eiusdem doctoris sententia prima parte questione centesima decimanona. & primo articulo ubi determinat id esse de ueritate nature alicuius. quod est de constitutione illius et sicut de ueritate humane nature in communi est anima et corpus in communi ita de ueritate humane nature in Petro est hec anima et hoc corpus: hec doctor ille

sanctus: Ex quibus sequitur quod sole partes hominis constitutue: sunt de ueritate nature ipsius. Quod etiam roboratur per eiusdem doctoris dicta quolibeto duodecimo. questione quinta ubi hec uerba dicit Id de ueritate humane nature esse dicimus. quod per se pertinet ad ueritatem humane nature. complete participans formam speciei. hec ille. Constat autem quod sanguis humane speciei: formam non complete participat. cum non sit actu animatus et uiuens. ut superius per multa argumenta fuit deductum: Id circo affirmandum est eum ad ueritatem humane nature non pertinere. quod fuerat per nos declarandum. Respondent qui pariter oppositam affirmant ad hanc nostram rationem dicentes. quod concessio adhuc sanguinem non esse de ueritate humane nature affirmandum tamen est eum esse de integritate humane nature. cum ad nostram resurrectionem pertineat. Addunt insuper hoc. eum. scilicet esse de integritate humane nature sufficere ut a corpore separatus. diuino uerbo fuerit unitus. Quos certe nonnulli increpant et merito quidem. dicentes eos declinare ab opinione sancti doctoris Thome seu a uerbis ipsius qui uisus est determinasse sanguinem ad humane nature ueritatem pertinere potissimum uitalem. eum in resurrectione a christo fuerit reassumptus. Non debet igitur uereri tanti doctoris sententiam affirmare quod cum in hac sententia non faciant. dicunt alii hoc procedere. quia uolunt passione ducti a ueritate et a supradicti sancti doctoris sententia declinare. Quod cum nos moleste ferimus

arguere. intendimus, contra eorum uerba. tali argu/mento. Si sanguis ut dicunt. est de hominis integri/ tate hoc aut ideo est. quia hominem constituit. ut ps ipsius. q̄ certe dicendum non est. propter ea quibus probauimus superius eum non esse hominis partem: aut id circo dicitur de hominis integritate quia ad ipsius negationem necessario requiritur. quod iuxta sui sancti Thomae sententiam: quolibeto quinto non uidetur recte dictum cum ibidem determinet. sang uinem nutrimentalem. non esse de ueritate hominis quod idem est secundū hanc responsionem datam: q̄ non esset de integritate: cuius tamen oppositū habe rent dicef. si ideo sanguis sit de integritate hominis quia necessario requiritur ad eius negationem: quo/ niam sanguis nutrimentalis necessario etiā requirit̄ ad negationem hominis. cū ex hoc uocetur nutrime talis Aut ideo sanguis est de hominis integritate: q̄a in eo tamq̄ in conseruatiuo humana uita consistit. et tūc oporteret dicere q̄ sanguis nutrimentalis esset de hominis integritate & ueritate cōtra sanctū Thomā ut iam diximus: q̄ autem opus esset sic dicere decla ramus quia etiā in sanguine tali uita cōsistit ut patet per illud leuitici decimosextimo. Sanguinem inquit deus uniuerse carnis non cōmedetis. quia aīa carnis id ē uita in sanguine est etce. Constat autē q̄ Iudeis prohibitus erat esus uniuscuiusq̄ sanguinis & sic in omni sanguine uita consistit. ad quod sequitur quod dicebatur. Aut ideo sanguis affirmatur de hominis integritate: q̄a in resurrectione est reassumptibilis &

tunc haberēt dicere q̄ ideo sanguis nutrimentalis :ī xpo non erat de integritate corporis xpi quia in re surrectione non erat reassumptibilis. Alter uero san guis quem xps resurgendo reassumpsit fuit: de eius corporis integritate. q̄a reassumptibilis erat: de quo quidem sanguine si queratur quare fuit de integri tate xpi corporis : habebunt isti respondere. quia in resurrectione eius fuit ab eo reassumptibilis. de quo si ulterius queratur quare xpo resurgēte ab eo fuit talis sanguis magis reassumptibilis q̄ alius nutrimenta lis. s. habebunt respondere . quia fuit de integritate corporis xpi & sic in tali responsione erit circulatio quedam. respondēdo tandem idem p̄ idem ut patet consideranti. quare uidetur q̄ neq̄ ob istam ratio/ nem. neq̄ etiam propter alias adductas debeat dici sanguis de integritate hominis. Et cum ad hoc. non uideantur rationes alie posse assignari. concludendū est. non esse dicendum sanguinem esse de integritate hominis. Consimile argumentum formari posset cō tra tenentes sanguinem aliquem esse de ueritate hu mane nature. et aliquem non. Adducitur ulterius ad probationem nostre principalis conclusionis. Quā ta ratio talis. Si de quo minus uidetur inesse et inest ergo et id de quo magis ex Aristotele in topicis sed minus uidetur q̄ deitas separabilis sit: ab aliqua pte xpi corporis ab eo diuisa q̄ a sanguine effuso. Con stat autem q̄ deitas ab aliqua tali parte sepabilis fuit siue separata. Igitur a fortiori a sanguine effuso. mior argumenti probatur et primo quantum ad primam

ipius partem q̄. s. minus uideatur deitatem fuisse se-
parabilem aut separatam ab aliqua tali parte. quoniā
deitas coniūcta fuit corpori anima mediāte ut sepe
dictum est. et sic que fuerunt animata fuerunt prin-
cipaliter assumpta q̄ inanimata. omnes autem corpo-
ris partes animate sunt. ut ex Alberto prius fuit de-
claratum. Sanguis autem est inanimatus. nec est ps
corporis. ut etiam ex premis patuit. Igitur partes
corporis fuerūt p̄cipaliter assumpte a uerbo q̄ sang-
uis. Constat autem q̄ minus uidetur deitatem separa-
bilem aut separatam fuisse a principaliter assumptis
q̄ ab assumptis minus principaliter & consequenter
a partibus corporis xp̄i. q̄ a sanguine effuso: que fuit
pars prima minoris probanda. Que iterum fortificat̄
auctoritate sancti Thome parte prima questioē cē-
tesimadecimanona. articulo primo ubi ait id esse de
ueritate nature alicuius quod est de constitutione
nature illius. & sicut de ueritate humane nature in
communi: est anima & corpus in cōmuni. Ita de ueri-
tate humane nature in Petro ē hec anima & hoc cor-
pus. hec ille. Ex quibus apparet. q̄ cum partes omēs
et sole partes corporis xp̄i. ipsum corpus cōponant
et constituent. Sanguis autem neq̄ ipsum constituat
neq̄ sit ipsius pars. ut deductū fuit relinquit̄. q̄ sole
partes xp̄i corporis et nō sanguis. sint de ueritate hu-
mane nature ipsius: Cum autem deitas unita fuerit
principaliter. his que de ueritate humane nature fue-
runt: Igitur coniūcta fuit principaliter ptibus cor-
poris cristi. q̄ sanguini. et sic minus uidet̄ q̄ sepabilis

aut separata fuerit ab eis. q̄ a sanguine effuso: quod
fuerat probandum. Secunda uero pars eiusdē mi-
noris q̄. s. deitas separabilis: aut separata fuerit. ab ali-
qua taliū partium. p̄batur ex sentētia sancti Thome
distinctione secunda. questione secunda et articulo
tertio: sui tertii libri sententiarum ubi habet hec uer-
ba. Si autem separarentur aliquę partes. que non
essent de ueritate humane nature: non remaneret in
eis ordo: ad humanam naturam: cui principaliter as-
sumptio debetur: et ideo non remaneret in eis unio.
nec debitum patrie. hec ille. Ex quibus colligere pos-
sumus. q̄ nō incōueit aliq̄s ptes dari. que nō sunt de
ueritate humane nature neq̄ habēt ordinē ad eā:
cuiusmodi forte sunt aliquę partes minus principa-
les: que si separte fuissent. eis deitas nō fuisset unita
quod fuerat. probandum. Et confirmatur nostra p̄-
cipalis ratio. presupponenda q̄ si caro preputii xp̄i
in ipsius circūcisione absca inueniret̄ nunc in terris
ipsa quidem adorāda nō esset. adoratione patrie neq̄
esset coniūcta diuinitati. quod quidem suppositum
aduersariū affirmant. quodq̄ deduci posset ex dicto
sancti Thome paulo āte adducto. quo sic stāte argui-
mus sic. Caro p̄putii xp̄i nunc actu inuenitur in ter-
ris. igitur est a deitate separata ex presupposito & p̄-
consequens multo magis sanguis a corpore separa-
tus. qui numq̄ fuit uiuens. neq̄ animatus neq̄ pars
corporis xp̄i. cōsequētia satis patet ex his que dicta
sunt: antecedēs probatur sic. Illud quod ecclesia sus-
tinet: app̄bare uidetur alioquin: si malum esset male

faceret ipsum non corripiendo: cum uideret malo et uitio fauere. Sed cum tot sancti pontifices ante nostra tempora fuerint qui permiserunt et sustinuerunt ut christianus populus. talem carnem adora uerit. Rome in capella que dicitur sancta sanctorum. que et adhuc ibidem hoc tempore adorant & colitur. Igitur uidetur quod approbarint. et continue approbent: quod ex quodam signo recitato a fratre Iacobo de uoragine. ordinis predicatorum. Ianuensi quoque archiepiscopo: luculentius apparet. Inquit enim doctor hic in legenda. quam de christi circumcisione conscripsit. quod fertur angelum dei carnem illam preputium christi tulisse Carolo magno. qui eam reposuit in aquisgranis. in ecclesia sancte Marie demum translata est carucum. & subiungit quod nunc creditur talem carnem esse Rome. in ecclesia que dicitur sancta sanctorum: et recitat quosdam uersus. ibidem sculptos: qui hoc attestantur. et denique dicit ecclesiam in die circumcisionis. ob hanc causam. ibidem statorem ordinasse que certe satis probat ea que dicebamus. Et si forte diceretur contra nos. ecclesia tollerat lupanaria. ea tamen non approbat. Respondemus: quod hoc non est simile. quia in lege diuina prohibitum est et sufficienter cautum: ne fiat: ideo: si hoc ecclesia tollerat id tamen non approbat. In his autem que in diuina lege non cauentur. profecto si talia ecclesia tollerat: et ea approbat: uel saltem eius determinationi non obuiant. Sexto principaliter conclusio nostra posita superius: arguitur sic. Illa que ordinem necessarium non habent. ad humanam naturam. a christi corpe

separata: non fuerunt coniuncta deitati. sed christi sanguis fuit huiusmodi. igitur effusus et separatus a christi corpore: deitati non fuit unicus: patet consequentia: maior deducitur ex dictis sancti Thome: tertio sententiarum: distinctione secunda: questione secunda. et articulo tertio: in responsione ad tertium argumentum: ubi sic ait: Ad tertium dicendum: quod in omnibus partibus: que sunt de ueritate humane nature: etiam se paratis: manet ordo ad totam naturam: et ideo remanet in eis assumptibilitas: et per consequens unio: sicut et in corpore christi: remansit anima separata: unde & eis latria deberetur: et subdit. Si autem separentur aliquae partes: que non essent de ueritate humane nature non remaneret in eis ordo: ad humanam naturam: cui principaliter assumptio debetur: et ideo: non remaneret in eis unio: nec debitum latrie. hec ille doctor. Circa que dicta querimus: quid Thomas intelligat: per istum ordinem ad humanam naturam: aut intelligit ordinem quarumcumque partium: respectu totius et hoc dici non potest: quia tunc partes omnes christi corporis: essent de ueritate humane nature. cum tale ordinem babeant: quia aut sunt: aut fuerunt illius corporis partes. huius tamen oppositum subiunxit in superiori suo dicto sanctus Thomas ut patuit. Aut per ordinem istum: intelligit sanctus ille: ordinem eorum que faciunt ad perfectum esse: siue decorum hominis. et tunc necessario: esset dicendum: quod cum partes omnes corporis christi: fatiant ad ipsius esse integrum siue decorum et consimilitudinem unguis. barba. capilli essent de ueritate

humane nature: ppter quod sequeretur: q̄ in his omni-
bus a corpore sepatis: r̄maneret unio deitatis: quod
tamen aduersari non concedunt. Aut per ordinem
hunc: ad humanam naturam: nil aliud intelligitur: q̄
reassumptibilitas eorum: in resurrectione ab humana
natura: ut illa dicant de ueritate humane nature: que
ab ea reassumptibilia sunt in eius resurrectione: illa
uero non sunt de ueritate humane nature: que reas-
sumptibilia nō sunt. Sed arguimus q̄ nec hoc posset
dici quia tunc idem hoc dato erit dicere: esse de ue-
ritate humane nature: et esse reassumptibile: ecōtra
ergo si queratur: cur aliquid est in resurrectione re-
assumptibile: respondebitur: quia est de ueritate hu-
mane nature: et iterum si queratur: cur tale est: in re-
surrectione reassumptibile. habebunt respondere: q̄
est de ueritate humane nature: et ita respondebunt
idem: per idē: ac si diceretur. Hoc ideo est reasump-
tibile. quia est reassumptibile. quod non est dicendū
oportet ergo dicere: q̄ sanctus Thomas per talem or-
dinem: intellexit ordinē illum: quo essentialis ptes
et principales humanitatis: in ipsam ordinantur: ex
quo sequitur q̄ hee sole partes. erūt de ueritate hu-
mane nature: et ut his p̄cise sepatis: a toto remane-
bit unio. Cum autem sanguis ut in multis rationibus
fuit deductum non sit de numero talium p̄tium reli-
quitur q̄ effusus & a corpe separatus: nō fuit uerbo
coniunctus: q̄ fuerat declarandū. Septimo princi-
paliter: eadem nostra conclusio sic arguitur: Quādo
cumq̄ deitas aliquibus coniungitur: seu unū et unū

eorum principaliter: alteri uero secundario: et minus
principaliter: et prout existit in eo: cui primario seu
principaliter unitur separato illo cui secundario con-
iungitur: ab eo: cui primo unitur: necesse est ut dei-
tas ab illo separetur: cui secundario untebatur. Hec
propositio patet ex quodā similit. Dispositiones nāq̄
qualitatiue: disponētes humanum corpus: pro induc-
tione anime: extendunt seu quantificantur ad quā-
titatem corporis. hoc autem utputa sic quantificari
conuenit talibus dispositioibus: prout existūt in cor-
pore. Ea ppter. si pro possibili aut impossibili nō ē
ramus: separentur a corpore: ab eis et separabit quā-
titas illa: qua in corpore illo denominabantur quante
Sed cōstat: q̄ deitas: primo seu principaliter unitur
partibus principalibus humanitatis. et principaliter
assumptis: sanguini autem minus principaliter & tāq̄
corpore coassumpto ut habet Thomas: tertia: parte:
questione. quinquagesima quarta. articulo tertio. et ī
solutione secundi argumētū: ubi ait: q̄ uerbū diuinū
accepit quatuor humores: ut coassumpta. uere autē
assumpsit corpus et animam. hec ille. Quod quidem
dictum est ualde rationale: quia sanguis assumptus
fuit: ut est dispositio quedam in corpore: faciēns ad
unionem: seu conseruationem anime intellectiue in
eo deseruitq̄ anime in ipsius operationibus et quia
talia sanguini: nō conueniunt: nisi ut existit in corpe
ideo merito fuit corpore coassumptus et non uere as-
sumptus: Quamobrem concludendū est: q̄ facta sepa-
tione ip̄us a corpore: mox facta fuit: sepatio deitatis

ab eo: q̄ declarādum fuerat. Octauo cōclusio n̄ra
p̄ncipalis: tali ratione mōstratur. Supponēdo primo
q̄ idolatria: sit peccatoꝝ grauissimū: ut placuit. sc̄to
Thome in sua secūda sc̄de. questione. xciii. articulo
tertio. Secundo p̄supponimus q̄ ex scripturis: non
possumus euidenter accipere: que opinionū sit uerior
an. s. n̄ra an sua: cum p̄ utraq̄ sint solennissimi docto
res: quibus sic st̄atibus arguimus sic. q̄libet imitatus
recte rōnis dictamē: conari debet: fugere peccatum
q̄ in se grauissimū est: ut liquet: sed. huiusmodi ē ido
latria: ut patuit. Igit̄ debet q̄libet totis uiribus cōari.
fugere idolatriā. Sed cōstat: q̄ si deitas cōiuncta nō
fuisset sanguini xp̄i effuso: adorando ip̄m adoratiōe
latric: idolatria cōmitteret̄ siue cōmissa fuisset: pure
creature diuinū honorē exhibēdo: Igitur cū dubiū
sit ut premittebatur: an deitas tali sanguine effuso
cōiuncta fuerit: & in dubiis tutior pars sit eligenda:
ut dicūt doctores: ergo esset: aut fuisset tutius sang
uinem talē effusum adorār: adoratione dūlie. et per
consequēs securius esset: aut fuisset. opinari sanguinē
illum: puram creaturā et non deitati coniūctū cuius
oppositum ipsi affirmant. Ex quibus om̄ibus suffi
ciēter mōstrata est ueritas n̄re p̄ncipalis cōclusiōis
que & auctoritatibus pluris theologoꝝ clarissimoꝝ
pōt roborari. Primus quoꝝ fuit beatus Bonauētura.
ecclesie sancte Cardinalis: doctor utiq̄. suo & nostro
tempore prestātissimus: qui in suarū sentētiaꝝ libro
tertio: et quāta distinctione. respōdendo ad quoddā
argumētū: fundatū in ea auctoritate Damasceni. s.

q̄ semel assumptū nūq̄ dimisit et̄ declarat hoc esse
intelligēdū quantū ad principia nature: quantū uero
ad coassumpta ueritatē nō habet. hec ille. Cū igitur
sanguis: ut et ceteri humores: sit de coassumptis ut
sepe dictū est. uidetur q̄ aliquādo fuerit dimissus: cū
s. fuit a corpore sepatus. Secūdu doctor hoc idem
affirmans fuit Ricardus de media uilla: in theologia
ac utroq̄ iure doctor insignis: qui in tertio suarū sen
tentiarum: et in secunda distinctione: respondēs ad
quoddam argumentū: hec uerba habet. Si pes xp̄i:
fuisset sepatus a corpore: simul remanendo deitati
unitus: latria fuisset adorandus. Sanguis autē: qui nō
est de corporis essentia: postq̄ fuit a corpore sepatus
non fuit latria adorandus: quia ei non fuit coniūcta
diuinitas. hec ille. Tertius doctor hoc idem asserēs
fuit doctor subtilis Iohannes scotus: qui theologica
adeo subtiliter et bene tractauit: ut nil erroneū nūq̄
in suis scriptis. fuerit comptū. hic nāq̄: in suo tertio
sententiarū libro: distinctione xvi respōdēs: ad sc̄dm
argumentū: sic inquit. cum dicitur. Quod semel fuit
assumptū nūq̄ fuit dimissum: uerū ē de p̄ncipalibus
partibus corporis: que concurrūt ad perfectionem
hominis: cuiusmodi sunt etherogenee: sicut caput et
manus: & de illis loquit̄ Damascenus. hec doctor ille
Ex quibus apparet: q̄ cū sanguis non sit corporis ps
aliquādo fuit dimissus a corpore: uidelicet: sepat: oīs
sue tempore. Quartus doctor fuit illuīatus doctor
Franciscus s. de maironis: qui in suis multis sermoni
bus. Alter quoꝝ incipit. Memorā fecit. Alter uero.

Domine probasti me. Et alter Nolite timeri. Et etiã in quarto sententiãrum: distinctione xliii. expresse affirmat: sanguinẽ effusũ in xp̄i morte: a deitate fuisse sepatum: Deniq; pro eiusdẽ cõclusionis affirmatiõẽ adducitur auctoritas uniuersitatis parisiensis: que confirmando: hanc nostrã conclusionem: condẽnat oppositã. Quare caueãt: qui nõ uerentur hanc nãam opinionem hereticam appellare

Obiectiones aduersarioꝝ qbus nitunt nãam iam pbatam conclusionem falsam ostendere.

QUinc superest ut in mediũ adducamus: aduersarij orũ instantias: quibus nostrã cõclusionẽ supius positã: uarijsq; argumentis deductã: conant falsam ostendere: quas et auxiliante dño a quo om̄is ueritas deriuatur: studebimus dissoluere. Quarũ prima hec est. Si deitas: desit xp̄i sanguinẽ effuso uniri: id aut fuit in instanti. quo sanguis ille: in xp̄i corpore fuit: aut in instanti: in quo. fuit a corpore sepatus: non est dicendũ primũ. quoniam ex illo sequeretur: aliquod fuisse instans: in quo deitas: sepata fuit a sanguinẽ xp̄i adhuc in corpore existente: quod certe nulla opinio confitetur: Si uero: secundũ dicatur: tunc Arguitur sic. aut instãs illud: i quo desit deitas uniri sanguini extra corpus existenti: imediatum fuit instanti ultio in quo talis sanguis erat: in xp̄i corpore: quod nõ est dicendũ. cum instans non sit instati imediatum ex Aristotele sexto phisicoꝝ. Aut instãs tale mediatum fuit instanti ultio: quod si dicatur: cũ inter quelibet

instantia: sit dandũ mediũ tempus: sequitur q̄ inter ea: fuerit tẽpus aliquod mediũ: in quo sanguis non fuit in corpore: et tamen ei fuit deitas coniũcta. Igit̄ per simile dicendũ esset deitatem eidem unitã fuisse toto sue separationis tempore cum non maior ratio uideatur de uno q̄ de alio. Hanc certe instantiã cum multis alijs inferius dicendis aduersarij nõ adduxerunt. uolumus tamẽ eas oẽs huic nostro opi inserere ut opinio nãa: et ipsarũ solutione stabilior redderẽt. Ad quam instantiã respondemus. q̄ deitas sanguini xp̄i uniri desit: in instanti: in quo sanguis talis ex xp̄i corpore cepit defluere: et per consequẽs ab eo tẽpe separari: in quo quidem instanti: sanguis ille: adhuc in corpore exitebat: & eidem deitas erat coniũcta qm̄ si desinit in istis ppositionibus: exponit̄ per positionẽ de presentĩ: et remotionẽ de futuro: utputa deitas nunc est sanguini unita: et immediate post hoc: non erit sanguini unita: Similiter si incipit exponitur per remotionem de presentĩ: et positionem de futuro: utputa: sanguis incipit extra corpus fluere: seu a corpore separari quia. s. nũc nõ fluit: seu a corpore separatur et immediate post hoc extra corpus fluet siue a corpore separabitur. Ex quibus concluditur: q̄ idem est instans in quo deitas desit uniri sanguini xp̄i: et in quo talis sanguis extra corpus cepit defluere: siue a corpore separari et deniq; in quo sanguis ipse xp̄i: dari cepit in pretiũ: in illo aut instanti: adhuc sanguis xp̄i corpori uniebatur: et sic apparet: q̄ inconuenientia que superius producebantur: non procedunt: si in

exponēdo li incipit et li desinit: utamur: documētis et regulis nobis a philosophis traditis: prout in re / spondēdo usi fuimus. Secunda aduersariū instātia hec est: habet enim prime Petri primo capitulo. Nō corruptibilibus inquit Petrus auro uel argento: redempti estis: de uana nostra conuersatione: paterne traditionis: sed p̄cioso sanguine: quasi agni immaculati et incontaminati Iesu xp̄i. hec Petrus sanctus. Ex qua auctoritate notant aduersarii: duos terminos: Primus quorum est: Corruptibilibus. Secūdu uero p̄cioso sanguine: Ex primo termino: sic arguunt cōtra nos: Aurū et argentū ut Petrus dicit: fuerūt et sunt pretium corruptibile: quo non fuimus a xp̄o redempti. Igitur xp̄i sanguis quo ut iquit fuimus ab eo redempti fuit pretium incorruptibile: hec autem incorruptibilitas: non puenit: nisi rōne unionis ip̄ius cum diuinitate. Igitur sanguis talis effusus p̄ nobis fuit unitus deitati. Ex secūdo aut̄ termino. P̄cioso .s. sanguine. argumentant̄ sic. Non ob altam causam Apostolus Petrus nomiat xp̄i sanguinem: pro nobis in passione effusum: p̄ciosum: nisi quia fuit pretiū datum in humani generis redemptionē: Sed cōstat ex sententia. theologorū q̄ pretium humane redēptionis: debuit esse infinitum. Igitur sanguis ille: fuit infinitus: hoc autē: esse nō potuit: nisi p̄pter unionē deitatis cū ip̄o: Concludunt ergo ex iis: sanguinem talē effusum: unitū fuisse deitati. Ad que argumēta: saluo semp̄ iudicio saniori respōdemus: et primo ad primū: cum arguunt. Aurū et argentū esse pretium

corruptibile. Igit̄ sanguis xp̄i: fuit. pretiū incorruptibile. Accipiendō nāq̄ corruptibile prout importat aptitudinem quandā ad corruptionē. sic dico q̄ aurū et argentum simul et xp̄i sanguis in hoc conuenire noscūtur uidelicet q̄ sunt corruptibilia: et cū arguūt aduersarii: q̄ ideo Petrus nominauit aurū et argētū corruptibilia ut innueret xp̄i sanguinem: esse incorruptibilem. respondemus. Apostolum Petrum per corruptibile non intellexisse: id quod est aptū natū corrupti: cū et sanguis hoc modo esset corruptibilis. Sed ut ex glosa interlineari colligi pōt. per corruptibile Petrus sanctus intellexit id: quo uita corruptibilis et corporalis redemi solet. Vnde glosa sup̄ illo dicto: talis habetur. Non enī corruptibilibus: auro & argento et c̄. Corruptibilibus q̄ talibus pretis: solēt redimi peccata inter homines et hominum. uita. hec glosa. Veluit igitur. dicere Petrus nō quidē auro & argento que sunt p̄cia deputata. ad redimēda hominum facinora eorumq̄ offensas que inter eos fiūt ac ip̄oꝝ corporalis et corruptibilis uitam: redemit nos deus siue animas nostras. sed pretio longe excellentiori: Quēadmodū et anima est corpe excellentior sanguine uidelicet Iesu xp̄i: quod confirmat Aplūs Paulus dicens. empti enim estis pretio magno. non quidem dixit incorruptibili: Aduersarii insuper satis errant. in consequentia illa: quam implicite faciunt et assumūt. .s. sanguis xp̄i est unitus deitati: Igitur est incorruptibilis: hanc enim consequentiā tanq̄ ualidā satis euidenter accipiūt. Cum dicunt ideo sanguinē

uocari incorruptibilem: quia est deitati unitus. Sed
quod consequentia illa non teneat arguitur. Quia dato
adhuc ut ipsi dicunt: quod sanguis christi effusus: unitus
esset deitati: tunc antecedens esset uerum et consequens
falsum: quonia sanguis unio illa cum deitate: non ab-
tulisset eius corruptibilitatem: quemadmodum nec unio
deitatis cum homine christo: abstulit hominis christi mor-
talitatem. quod ratione declarat. Materia namque prima
ex Auerro in pluribus locis corruptionis est causa.
corruptibilitatisque per consequens. Vnde sequitur: quod
omne compositum ex materia et forma: est corruptibile
Igitur cum sanguis stante deitatis unione: cum eo sit
compositus: ex materia et forma: est ergo corrupti-
bilis: unione illa non obstante. Quod itaque confirmat
ex Auerro: secundo philosopho: dicente. quod omne quod est
tale: secundum eius naturam. ad quodcumque competat siue
applicetur: semper est tale: Cum igitur sanguis ratione
materie ipsam componens sit secundum eius naturam corrup-
tibilis: ut dictum est. igitur compositus ad diuinitatem siue
deitati unitus adhuc corruptibilis remanebit. Et si
contra hoc adducerent aduersarii illud psalmi. Non
dabis sanctum tuum: uidere corruptionem. quod sacri
doctores exposuerunt de corpore christi dicentes: quod non
fuit corruptum: si eius resurrectio accelerata non
fuit. et hoc propter unionem deitatis: ut aiunt cum tali
corpore. Vnde uidetur: ita fore dicendum: de sanguine
si ei deitas fuit coniuncta. Ad quod respondemus
quod doctores sacri in expositione illius uersiculi. hoc
senserunt. quod scilicet ob unionem diuinitatis cum christi corpore

mortuo: si eius resurrectio non fuisset accelerata: cor-
pus id nunquam incineratum miraculose: seu corruptum
fuit: cum quo tamen stat quod ex sui natura. si fuisset
corruptibile: quemadmodum. cum hoc quod angelus: seu anima
intellectiva: aut celum nunquam corrumpent: stat tamen quod
semper ex se corruptibilia sit siue annihilabilia: quod autem apti-
tudo talis: seu potentia ad corruptionem per corruptibile
importata: in corpore christi mortuo: ad actum non fuisset
reducta: id miraculo fuisset factum. Simili modo esset
dicendum a corpore ipsius separato: esto quod deitas sibi
fuit unita: ut aduersarii dicunt: patet igitur ex hoc
eorum argumentum non convincere. Ad secundam uero
eorum rationem super particula illa fundatam. Precioso
uidelicet sanguine respondetur. quod sacri theologi per
sanguinem communiter intellexerunt christi mortem quam
ideo preciosam uocarunt quia christus dominus in ea soluit:
siue exhibuit redemptionis humane pretium sufficiens
uitam uidelicet propriam. Petrus autem apostolus: in ipsa eius
auctoritate mortem christi: in qua humane redemptionis
pretium ipsius ut dictum est fuit solutum: uolens nobis
innuere simul de mortis genus horrendum usus est hoc
termino sanguine: quatenus homines a peccato re-
dempti: amplius intelligerent christi in eos nimiam caritatem:
Sanguis namque cum sit uite conseruatiuus: ad ipsiusque
defectum necessario mors sequatur: merito ob connexi-
onem eius ad uitam: ac propter connexionem defectus
ipsius ad mortem: accipi potest pro morte: seu mortem
importare. Dictum ergo Petri iuxta theologos. sic
habet intelligi Precioso sanguine. id est christi morte preciosa

quod autem in sacris codicibus per sanguinem mors intelligatur. patebit clarissime discurrenti sanctorum dicta: simul et scripture sacre. Incipiamus igitur primo a magistro sententiarum: qui in suo tertio libro et xix. distinctione: ait **R**ecōcilauit enim nos trinitati per mortem ut Petrus ait: Non corruptilibus auro & argento redempti estis: sed precioso sanguine agni immaculati etc. Patet ergo ex intentione magistri: quod mors per sanguinem signatur. alioquin non probasset magister quod probare intendebat quod scilicet per mortem christus nos trinitati recōcilauerit. Lege insuper singulas auctoritates in eadem distinctione adductas mentionem de christi sanguine facientes: et uidebis expresse quod per sanguinem christi mortem debemus intelligere. alioquin non essent ad propositum. illas autem ommitto prolixitatis gratia fugiende. **M**editemur insuper glosas scripturarum sacrarum: auctoritatesque sanctorum doctorum: ex quibus expresse patebit quod per sanguinem mors est intelligenda. **A**mbrosius namque in epistola ad Hebreos. ix. declarans illud Pauli: Et ideo noui testamenti etc. in quo mentio fit de christi sanguine ita inquit. Tantum fuit peccatum nostrum: ut saluari non possemus: nisi unigenitus dei filius: pro nobis moreretur debitoribus mortis. Item glossa super illo Pauli ad colocesenses primo Pacificans omnia: per sanguinem crucis eius: sic habet. i. per mortem crucis: que est turpior mors. Item ad Hebreos tertio super uerbo illo **Q**uem posuit propinatorum: per fidem in sanguine ipsius etc. Hec glossa habetur. idest per fidem passionis sue

sine qua nihil placet deo. **I**tem super illo zacharie. ix. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti unctos tuos de lacu etc. Inquit glossa: per christi mortem data est eius gloria dominice uisionis. Item super illo ad Ephesos. ii. Nunc autem in christo Iesu: uos qui aliquando longe eratis: facti estis prope in sanguine christi: habet talis glossa. Idest per mortem. Omnibus enim profuit mors saluatoris. **I**tem super illo psalmi. lxxvii. Ut tingatur pes tuus in sanguine lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso habetur hec glossa. Ut qui prius erant inimici fierent amici predicando te usque ad sanguinem. i. usque ad mortem. **I**tem glossa super illo psalmi. lvi. Letabitur iustus: cum uiderit uindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatorum etc. ait. i. in pena et morte peccatorum: quam uidebit. unde Salomon Stulto pereunte sapiens erit. **I**tem in psalmo. l. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. habetur hec glossa **V**iri sanguinum. i. qui occidunt animas et aliquando etiam corpora. **I**tem super illo psalmi. ciiii. Conuertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum. ait glossa. Qui aquas rubri maris uertit eis in mortem. & occidit pisces eorum: ne esset in aquis spes uite: illis hominibus: cum in aqua moreretur quod ibi naturaliter nutritur. **I**tem glossa super illo psalmi. cv. Et interfecta est terra in sanguinibus etc. talis habetur. Idest homines qui fere omnes mortui sunt hoc peccato. **I**tem illud prouerbiorum primo Et dixerunt ueni nobiscum insidiamur sanguini etc. sic exponitur uel generaliter intelligitur de latronibus: qui innocentibus insidias

parāt. Vel specialiter itelligit de illis: q̄ uite auctore neci tradiderunt. Itē glosa super illo Mathei. xxvi. Hic est sanguis meus noui testamēti et̄ habet talis Nunc passionē calicis bibit. Item Ezechielis. xvi: ubi habetur: Transiens enim per te uidi te cōculcari in sanguie tuo et̄. Quod dictū sic exponit. i. uidi te reum mortaliū criminū. Illud quoq; Abachuc. ii. Ve qui edificat ciuitatē in sanguinibus: solet sic exponi: Diabolus: Antixp̄us: et Hereticus: ecclesiam suā edificāt in interitu deceptoꝝ. Ex q̄bus simul et infiat; tis aliis ut sic dixerimus que caula breuitatis ommit timus apparet luculēter: q̄ in sacris eloq̄is: p̄ sāguinē mors intelligitur. Quod etiam fuit de intētionē modernorum doctorū: qui in suis scriptis concludūt et determinant: humanū genus: per xp̄i mortem fuisse redemptū: quod pbāt uariis auctoritatibus: mētionē de sanguine fatientibus. Intelligentes per sanguinē xp̄i mortem: sine qua redemptio generis humani: fieri non potuisset: ut etiam placuit sancto Thome parte .iii. questione. i. ubi ait: Vna mors nostri saluatoris: corporalis .s. duabus mortibus nostris: aīe. uidelicet: et corporis: causa salutis fuit. Et idem Thomas: suo quolibeto: questione. xxiii. querit: utrum alia passio xp̄i: suffecisset ad redemptionē humani generis: sine morte: et in corpore questionis: respondet: q̄ ad redemptionem duo requiruntur. .s. quantitas pretii: et deputatio eius: ad aliquid emendū. Si igitur loquimur: de redemptione humani generis: quantum ad quantitatem pretii: sic quelibet passio xp̄i. etiam sine

morte suffecisset ad redemptionem humani generis. p̄pter infinitam dignitatē persone. Si autē loquimur quātum ad deputationē pretii: sic dicendū est: q̄ nō sunt deputate a deo patre: et a xp̄o ad redemptionē humani generis: alie passionē: absq; xp̄i morte: & hoc triplici ratione. Primū ut pretium redēptionis humani generis non solū esset infinitū ualore: sed etiam esset eiusdem generis: ut. .s. nos de morte: per mortem redimeret. Secūdo ut mors xp̄i: non solū esset pretiū redēptionis: sed etiam exemplū uirtutis: ut. .s. homines non timerēt pro uirtute mori: & has duas causas assignat aplūs: ad Hebreos. dicēs. ut p̄ mortē destrueret eum: qui habebat mortis imperiū: et hoc quātū: ad primū: ut liberaret eos: qui timore mortis: obnoxii erant seruituti: quātū ad secūdum. Tertio ut mors xp̄i esset sacramētū salutis dum nos uirtute mortis morimur peccato: et carnalibus concupiscentiis: ac proprio affectui. hec causa assignat. prime Petri. iii. xp̄us pro peccatis nostris semel mortuus est. Iustus pro nō iustis ut nos offerret deo: mortificatos quidē carne: uiuificatos autē spū: et ideo humanum genus non est redēptū: per aliquā passionē: absq; xp̄i morte hec doctor ille sanctus. Ex q̄bus dictis: satis luculēter pōt colligi. q̄ oēs auctoritates sonātes q̄ xp̄i sāguie redēpti sumus p̄ sanguinē xp̄i mortē intelligūt que ad sanguinis eius effusionē: fuit subsequuta: et ideo dicitur in collecta: quā ante cōmunionem solet sacerdos recitare. .s. Domine Iesu xp̄e qui ex uoluntate patris: cooperāte spiritu sancto: per mortē tuā

mūdū uiuificasti et c̄. Per quod dat̄. itelligi q̄ p̄ solā
sanguinis effusionē. esto q̄ ad eam mors secura non
fuit: mundus non fuit uiuificatus. Quibus sic
stantibus respōdemus ad illud Petri sup̄ius adductū
Precioso. s. sanguine agni redēpti estis. et c̄. q̄ p̄ sang/
uinem intellexit preciosam xp̄i mortē: et nō humorē
solū. Quoniam esto q̄ xp̄s ut dictū ē effudisset totū
eius sanguinē et mors eius nō interuenisset humanū
genus minime fuisset redemptum. Similiter dato q̄
xp̄s aliter mortuus fuisset q̄. per sanguinis effusionē
adhuc homines ex tali morte. redēpti fuissent: ut ex
dictis sancti Thome paulo ante recitatis: satis clare:
potest patere. Adducitur deniq̄ auctoritas Vgonis
in libro de ara sponse: quā Nicolaus de lira in expo/
sitiōe illius dicti Petri p̄allegati affert: ex qua ap̄pet
expresse iuxta sententiā Nicolai et Vgonis aplūm
Petrum per sanguinē agni: xp̄i mortem intellexisse:
dicit enim sic Nicolaus. Petrum hoc ideo dixisse ut
innueret hominibus. q̄ non deberent se contēpnere
cum plurimū fuerint apreciati. Vnde Vgo. libro de
ara sponse dicit. Amplius mihi uilis esse non deo
quia tantum deo placui ut pro me mori eligeret ne
me perderet. hec ille. Ex quibus cōcludit̄ quod dice
batur. Sed quia nōnulli uolentes: iuxta Iudaicum
morē ut scripture sacre in litterali sensu: et ut uerba
sonant intelligantur: contēpnūt sanctorum glosas. p̄
sanguinem mortē intelligētū: et nos deniq̄ minores
despicientes glosatores appellant: quia sanā theolo/
gorum doctrinā imitati diximus per sanguinē mortē

debere intelligi: p̄pterea hanc op̄matam calūpniā
cupientes subterfugere: aliter ad auctoritates illas:
per aduersarios adductas: de sanguine mentionē fa/
tientes: respondebimus: etiam p̄ sanguinē: iuxta lrām
humorē sanguinē intelligendo ut aduersari uolūt.
Adduco aut̄ pro nostrarū responsionū fundamento
sententiā mḡri Nicolai de lira. in expositiōe. epistole
ad Hebreos. ix. ubi sic ait. Non est intelligendum: q̄
solus sanguis xp̄i fuerit pro nobis oblatus. immo tota
eius humanitas: et hoc patet ex auctoritate inducta
in qua dicit̄. obtulit semetipsum pro nobis. Fit autē
mentio in hac oblatione. segregatum de sanguine. in
quantū fuit separatus a carne: Vtrunq̄ tamen est de
oblationis integritate: propter quod in sacramento
altaris. quod est memoriale istius oblationis. cōsecra
simul caro et sanguis. sub speciebus tamen diuersis
sicut in illa oblatione: fuit sanguis separatus a carne:
similiter anima xp̄i. fuit pro nobis oblata. inquantū
per passionē fuit a corpore. separata: ad satisfaciendū
pro nobis. Iohannis. x. Animā meā pono pro ouibus
meis et: sic patet q̄ tota humanitas. pertinet ad xp̄i
oblationem. siue sacrificiū. hec Nicolaus de lira. Ex
quibus uerbis colligitur: una distinctio. talis. q̄. s. p̄tū
humane redēptionis: aliud fuit integrū: sufficiens et
totale: aliud uero partiale: Pretiū totale integrū atq̄
sufficiens: fuit xp̄i humanitas tota. siue xp̄s totus aut
eius uita de quo pretio ecclesia cantat. Se nascens
dedit solum: conuescens in edulium: Se moriens in
pretium: se regnans dat in premium. Item alibi. Sola

digna tu fuisti ferre seculi pretium: uidelicet Christū
bominē. De hoc quoque pretio: fuit Anselmus loquutus
in secundo suo libro Cur deus homo: capitulo. xiiii.
cum diceret. Nullus unquam homo: moriēdo preter illū
dedit deo: quod aliquādo necessitate perditurus nō
erat: aut deo soluit: quod non debebat: et infra. Qui
cum nullatenus pro se: indigeret aut cogeretur: pro
aliis: quibus nihil nisi penā debebat: tam preciosam
uitam: uidelicet seipsum tantam. s. personam: tantaque
uoluntate dedit. hec ille. De hoc insuper pretio suf-
ficienti et totali Magister sententiarum expressam facit
mentionē in suo tertio libro et distinctione. xx. ubi
sic ait. Christus ergo est sacerdos: idemque hostia et
pretiū nostre reconciliatiois: qui se in ara crucis nō
diabolo: sed deo trinitati obtulit. pro omnibus quātū
ad pretii sufficientiam. Sed pro electis tantū quātū
ad efficaciam: quia predestinatis tantū. salutem effecit
hec ille. Pretium autē partiale est omne id: quod spec-
tabat: ad christi humanitatis integritatem: et quia: talia
quedam erant principalia ut anima & corpus: quia ideo
fuerūt uere et principaliter assumpta: Alia autē erant
minus principalia. ut fuerunt humores: de quorum
numero fuit sanguis qui quidem humores: neque animati
neque uere partes humanitatis sunt: aut fuerūt appel-
landi: et ideo non fuerunt principaliter assumpti: sed
coassumpti De pretio partiali igitur habemus formam
et talem diuisionē. quod. s. quoddam est: seu fuit partiale
pretium principale: cuiusmodi fuerūt partes essen-
tiales humanitatis christi. & forte cetera partes ipsius anime

respectu eorum que in tali humanitate inaniata fuere
et de hoc pretio habet Iohannis. x. Animā meā pono
pro ouibus meis: Aliud autē est siue fuit pretiū partiale
minusque principale: quēadmodū fuerunt: humores in
christi corpore existentes: qui nec fuerunt animati: neque
partes humanitatis: et secundū hunc modū: sanguis
christi pretium fuit partiale quidē et minus principale:
quo mediāte: solutū est pretiū sufficientes et totale seu
quod utputa christi uita: que fuit exhibita eo moriente
ex sanguinis ipsius effusione: et de hoc pretio quo:
partiali et minus principali: exponende sunt singule
auctoritates: sonantes christi sanguinē fuisse pretium hu-
mane redēptionis. ¶ Per hanc igitur distinctionem
faciliter dissoluitur argumentū aduersariorū: factum
prius: fundatumque super illo Petri Pretioso sanguine
quali agni immaculati etc. ¶ Concedimus namque christi
sanguinē fuisse pretiosum: et pretiū sed partiale quidē
quo: et minus principale redēptionis humane: et cū
ulterius inferunt Igitur fuit diuinitati coniunctus: con-
cedimus utique quod diuinitas fuit in christi corpore. ac pro illo etiā
instati: in quo cepit effundi: seu in pretiū dari humane
redēptionis cū quo tamen stat: quod postquam fuit a corpore
separatus: fuerit diuisus ab hypostasi uerbi diuini a
qua non fuerat principaliter assumptus: sed coassump-
tus. et ut in corpore residebat. Et si ulterius cauillādo
aduersarii obicerent: Sanguis christi. postquam fuit effusus
et a corpore seunctus fuit pretiū humane redēptionis
Igitur a corpore separatus: fuit coniunctus diuinitati
Respondemus negādo antecedēs talis certe sanguis

a corpore actu diuisus nec erat actu pretiū: nec erat actu sanguis xpi. Ea ppter tales sermones: Sanguis xpi separatus a corpore est pretiū redemptionis humane: siue est sanguis xpi: sunt impropri et sane intelligendi. Sanguis inquā talis ut sic ideo pretium appellatur quia aliquñ fuit in pretiū datus: Similiter nominatur sanguis xpi: quia nonnunquā fuit actu: in xpo quēadmodū uulgares solent dicere q̄ aplōrū capita que habentur Rome sunt capita apostolorum non quidē: quia sunt actu eorū capita: ut patet instructis in dialectica disciplina: sed quia fuerunt quādoq̄ eorū capita. ¶ Sed hāc nostram responsionē laborant uehementer aduersarii ut deiciāt p̄ id quod habet Leo papa in sermone passionis qui incipit: Scio quidem dilectissimi ubi ait: Fudit sanguinē iustum: qui recōcilando: mundo pretiū esset et poculum hec ille. Cū autē ut dicunt: hī fudit sit preteriti temporis: uidet q̄ sanguis iam effusus fuerit: actu pretiū: Similiter cū xpi sanguis nō possit esse poculum fatiens ad salutē nisi sit diuinitati coniunctus. Igit̄ sanguis xpi effusus fuit unitus diuinitati. Ad quā impugnationē respōdemus: q̄ & si beatus Leo in uerbis illis suis utatur hī fudit in preterito: non sequitur tamē: ex hoc: q̄ xpi sanguis post eius effusionē fuerit actu pretiū humane redēptionis nec id ex illo Leonis dicto debite inferē. Quoniam sensus illius auctoritatis: talis est. xpus. s. sanguinem effudit: ut sanguis ille pretium esset: non quidem postq̄ fuit effusus sed pro illo instanti solum pro quo in pretiū cepit fundi quia eo effuso: et xpo

mortuo: iam genus humanū redemptum erat: et per consequens iam solutū pretium: et sic sanguis ille: nō pretiū fuerat: seu acceptatus in pretium: pro instanti illo uidelicet ut fuit dictū. in quo cepit exhiberi: siue effundi & pro tūc sicut ex dictis patet ad huc deitati coniungebatur. Vnde illa Leonis loquutio: est huic similis uidelicet. Christus uitam dedit propriam: ut esset pretium humani generis ad quam loquutionem non sequitur q̄ uita xpi: posteaq̄ fuit data: esset actu pretium humane redēptionis. hoc enim falsum esset quia postq̄ data fuit: et mortuo xpo: talis uita non erat: Igitur pro tunc: actu pretium esse non poterat. Tales igitur autentici sermones sic sunt intelligendi. Dedit. s. uitam in pretium. i. propriā uitā obtulit deo patri que fuit pretiū: cum quo stat: q̄ postq̄ fuit oblata: non fuerit actu pretiū. Similiter fudit sanguinē ut esset pretium. i. sanguinem obtulit proprium qui fuit pretiū: cum quo tamē stat: q̄ postq̄ fuit effusus oblatus seu exhibitus: non fuerit actu pretium: & ita instantia illa nulla fuit. ¶ Ad id uero quod dicebat de poculo: respondemus: q̄ beatus Leo non intellexit q̄ xpi sanguis effusus: sumptusq̄ scdm̄ illud esse: quod habuit in mortis triduo: cum sparsus erat sup̄ terrā esset poculum: cū sanguis talis ut est sub speciebus sanguinis: sub quibus tunc erat: non sit poculum: ut patet ex doctoribus in. iiii. sententiāz: hanc materiā tractantibus. ¶ Sed sumpsit beatus Leo: sanguinem illum effusum: scdm̄ esse sacramentale: siue ut habet esse in sacramento: in quo existit sub speciebus uini:

et ut sic datur in poculum: deitatisque actu coniungit
cum sit actualiter in xpi corpe: et si in mortis triduo
fuerit ab eodem corpore separatus: et sic patet: quod in
stantia nulla fuit. **P**osset etiam ad eorundem dicta aliter
responderi: concedendo eis de gratia specialiter quod sanguis
xpi postquam fuit effusus: fuit actu pretium humani ge-
neris. Et cum ulterius arguunt: ergo fuit diuinitati tunc
coniunctus. **R**espondemus negando consequentiam
Quonia loquendo de partiali pretio: siue quo et minus
principaliter: non fuit necessarium quod in singulo instanti per
quo dicebatur: pretium esset coniunctum deitati. Sed
sufficiebat ut aliquando fuisset: eidem unitum ut puta per
toto tempore illo: in quo actu fuit in xpi corpe: de pro
instanti illo in quo cepit: ut pretium exhiberi. **E**t si
contra hoc adhuc instaretur: quia pretium debet esse
eiusdem ualoris apud recipientem: cuius fuit apud dantem
alioquin recipiens remaneret deceptus. Igitur cum
xpi sanguis existens in eius corpore: fuerit coniunctus
diuinitati: sequitur quod postquam fuit effusus: et in pretium
datus: a christi quoque corpore separatus: fuerit etiam
deitati unitus. Ad quod respondemus: quod assumptum
non est uniuersaliter uerum: fallit namque in pretio: quod
est in destructionem solventis: cuiusmodi fuit sanguis
xpi cuius effusio fuit in mortificationem siue mortem
illius. Tale inquam pretium non est pensandum: quo ad
ualem in momento illo in quo fuit solutum sed solum
in momento: in quo propositum fuit solui: siue in quo
uoluntas ipsam soluere instituit: aut in quo cepit effundi
in generis humani redemptionem: et ut sic in xpi corpe

erat: deitatisque unitus: cum quo tamen fuit: quod separatus
actu solvente: siue a christo fuerit a uerbo seunctus.
Pro asphorae autem declaratione: huius nostre respon-
sionis adduco tale exemplum: esto quod quis percussit
Regem: et ex transgressionem illa statuerit iudex: ut
manus illius percussentis abscedatur. Superueniatque
alter uolens a pena illa talem redimere: manum propria
tradendo in pretium abscedatur manus talis: certum
est quod manus illa abscessa: non est eiusdem pretii: siue ual-
oris: post amputationem: cuius erat ante: et sic pretium
solutum eiusdem ualoris non fuit apud recipientem: cuius
erat apud dantem: quod non ex alio contingit: nisi quia
pretium tale solutum fuit in aliqualem destructionem
soluentis cuius ualor erat pensandus pro momento siue
tempore in quo dispositum fuit solui: et pro tunc manus
illa erat amputata: quia adhuc existebat in solvente de-
bita: haec instantia nulla fuit. **S**ecundo contra principale
conclusionem nostram superius uasis facti modis probata:
que fuit quod sanguis christi ab eius corpore separatus: non
fuit diuinitati unitus. Arguunt aduersarii: hoc fecerit
principali argumento: assunt enim quandam glossam
in epistola ad Hebraeos. ix. quae haec est: Sicut Moyses
sanguinem praedictorum animalium accepit: ut eos spargere
et mundaret: sic noster Moyses christus: sanguinem
egressum: cum aqua de sub latere ad hoc opus accepit
per aquam baptismi significans: pretio sanguis nos
redimens: et ibi subiungit: quod sanguis christi duo efficit:
scilicet mundat a peccato: et facit seruire deo: haec glossa:
Ex quibus apparet: quod christi sanguis post eius mortem

egressus operatus est ad salutem: nō autē per modū
menti. Igitur per modū cuiusdam efficiētie: quod
pfecto sibi cōuenire nō potuisset: nisi diuino uerbo
fuisset unius hypostatice. **A**d quam instantiam re
spondemus: per id quod habet: extra de celebratiōe
missarum: Ibi namq; scribitur per aquā que mortuō
xpo fluxit ex latere: et per sanguinem elucet siue
signantur duo sacramēta principaliter: quibus mun/
damur: p aquam sacramētū baptismi: cuius materie
spetialius aqua assimilatur: quod est sacramētū rege
nerationis. Per sanguinē uero sacramētū eucharistie
quod est sacramentum redemptionis. Sanguis enim
spetialius assimilatur spetiei sub qua est sanguis in
eucharistia etc. hec habētur ibi. que certe expressit
glosa illa: per aduersarios superius allegata: si passiōe
deposita exponatur iuxta sensum in quo a glosatore
facta est qui p eam hec uoluit itelligere: q; Moyses
noster xps aquā accepit: significantē regenerationis
sacramētū: quo mundamur et sanguinem quo nos
redemit: eucharistie sacramenti significatiuum quod
quidem: sacramentum est nostre redemptionis: qui
sanguis scdm esse sacramentale acceptus mundat a
peccato: deoq; seruire facit: qm̄ in sacramento tali
existēs: cōiungit deitati: put aduersarii deducebant
cū quo tamē stat: q; sparsus in terra tempore mortis
xpi: ab ea fuerit diuisus. **A**rguūt iterū p̄cipaliter
nobis in opinione aduersantes contra predictā p̄ri/
cipalē nostrā conclusionē tali medio: In ueteri namq;
testamento ut aiunt: expiationes fiebant in sanguine

effuso: et a corpore separato. Igit̄ cum sanguis talis
effusus figuraret xpi sanguinem. relinquitur q; san/
guis xpi actualiter effusus genus humanū mūdauit
et expiauit: que profecto sibi non conuenissent nisi
deitati unius fuisset. q; autē in ueteri testamento ex
piationes fierēt: modo p̄dicto: facile appetit: uolētū
studiose percurref figuras ueteris testamēti: potissi
mum figuram illā paschalis agni: cuius sanguine filii
Israel fuerūt liberati: similiter et ceteras figuras: p̄pt̄
qd̄ dicebat ap̄tus. Si sanguis hircorū aut taurorum:
mundat: quāto magis sanguis xpi etc. ubi comparat
sanguinem ad sanguinem. **A**d quod argumentum
dupliciter respondemus: primo q; sanguis ille: qui in
lege ueteri expiabat: xpi mortem figurabat: que ad
sanguinis ipsius effusionē fuit subsequuta per quam
genus humanū fuit redēptū seu liberatū et expiatū
cū per eam: pretium sufficiens & totale fuerit solutū
uita. s. xpi pretiosissima: et ideo sanguis: qui in ueteri
testamento expiabat: nō quidē nisi mortuo animali
expiabat: per quod innuebat: genus humanū redi/
mendum: per xpi mortē: sanguinis ipsius effusionem
subsequuturā. Nec figura et figuratū: debēt oīode
conuenire ut doctores dicūt: Alioquin oporteret: q;
xpus fuisset irrationale animal cum fuerit figuratus
per uitulum per uaccamq; rufam et per hircum. Ha/
beremus etiam dicere: q; quēadmodū sanguis illorū
aīalium post eoz occisionem a corporibusq; illorum
separatus: aspersus: conquinatos. sanctificabat ad
emundationē carnis ita et xpi sanguis: eo mortuo ab

ei usq; corpe segregatus aspersus mundasset redemissetq; siue sanctificasset genus humanū: quod tamen non dicitur: cum mortuo xp̄o humanū genus intelligeretur iam sanctificatum: cum etiam ante sanguis lateralis ipsius effusionem: per mortē xp̄i iam factam idem genus humanū iam intelligeretur expiatum & redemptū. q̄ autē sanguis ille: de quo in ueteri lege sepe numero fit mentio: christi mortem principaliter significaret: ut superius dicebamus: probatur primo per dictū beati Leonis in sermone suo passionis qui incipit Scio quidem dilectissimi ubi sic dicit. Omnia namq; illa que de immolatione agni per Moysen fuerunt instituta xp̄m p̄phetarūt et xp̄i occisionē nuntiarunt. Hoc idem probat̄ per auctoritates doctorū tales figuras ueteris legis exponentiū: habetur enim numeri. xix. figura de uacca ruffa: que sine uitio esse debebat: queq; iuxta sanctorū doctorum sententiam significabat xp̄i carnem mundā et immaculatam. et habētur in eodem capitulo hec uerba. Et tingens digitum in sanguine eius asperget cōtra fores tabernaculi septē uicibus que declarās beatus Gregorius sic ait. In digito: discretio opationis signat̄ in sanguine ergo uacce digitū tingere: est in dñi passione: nostra opera consecrari: ut passionē eius: quā cognoscimus imitemur: passus est enim nobis relinquens exemplū ut sequamini uestigia eius: et subdit idem Gregorius Septem uicibus digitum in sanguine tingere est p̄fecta opatione misterium passionis imitari: et septē uicibus cōtra sinagogā aspergere: ē p̄fecta p̄dicatione

passionem in fidelibus nuntiare. **I**tem habet leuitici primo capitulo. Homo q̄ obtulerit ex uobis hostiā deo de pecoribus et c̄. & infra immolabit utulū corā domino. Et offerent filii Aron sacerdotis: sanguinem eius fundētes: per altaris circuitū: quā est ante ostiū tabernaculi et c̄. **A**d quorū declarationem ait sic Origenes: per hominem: quem primo posuit ad offerendū dño: genus humanum intelligit q̄ utulū offerēs saginatū: quem. s. pater pro filio regresso: qui oēm substantiam suam dilapidauerat ingulauit conuiuium magnū fecit: et letitiam habuit ut letarent̄ angeli in celo: super uno peccatore penitentia agente. Iste q̄ non habuit p̄p̄iam substantiā quam offerret: cū omnia dissipasset: obtulit utulū calitū nullum de armento. i. de Patriarcharum genere. **M**osulū nihil femine fragilitatis habentē: immaculatū: qui peccatum nō fecit: nec inuentus est dolus in ora eius. Ad ostium tabernaculi. i. non intra: q̄ in propria uenit et sui eū non receperūt. Ad ostium quorū oblatiū quia extra castra. i. extra ciuitatem passus ē. Mali enim coloni filium p̄risfamilias extra uineam p̄ecerūt & occiderunt: hic igitur offert̄ ad ostiū tabernaculi acceptus coram dño. Quid enim tā acceptū deo q̄ hostia xp̄i: qui seipsum obtulit. Ponet manū super caput: quia peccata humani generis posuit super corpus suum. hec ille. Ex quibus omnibus apparet: q̄ per utulum: xp̄s intelligitur: pro humano genere ip̄ote mortuus et oblatiū. Et glosa super illo. Immolabitq; utulum corā dño et offerent filii Aron sacerdotis sanguinē

eius fundentes: per altaris circuitum quod est ante ostium tabernaculi etc. sic ait. Non solum propriam conscientiam et conuersationem deo offerre debemus sed etiam: sicut placet ei: mortificando corpus: non ad inferiora sed ad superiora tendentes: hoc enim est immolare uitulū coram dño et sequitur. Et offerent filii Aron sanguinem eius etc. glosa. De genere Arō erāt Anna et Cayphas: et alii qui pronūtiarunt xpm dignū morte: et sequitur fundētes per altaris circuitum: glosa. Ibi enī est occisus ubi erat altare: & basis eius: per altare etiam aliqui crucē intelligere uolunt. Item habetur alia figura de xpo Leuitici. iiii. ubi habentur hec uerba: Si sacerdos glosa. i. xpus: qui est sacerdos in eternū. Qui est unctus: glosa. unctus fuit oleo letitie. Peccauerit delinqre faciēs populū: glosa xps peccare dicit: dū nos peccamus q eius membra sumus: Delinquere autē facit populū: longanimitate patientie: dū enim non statim punit: putatur uel nō curare uel nescire: & ita impij in peius animant. unde patientia dei: ad penitentiā te ducit: tu aut thesauri las tibi ram etc. & sequitur in textu. Offeret p peccato suo: glosa offeret patri pro peccato: quod. s. in se suscepit: quia peccata nra portauit in corpe suo super lignū. sequitur. Vitulum: glosa. i. carnem suam. Deinde dicitur immaculatū: glosa quia peccatū non fecit: nec dolus inuētus est in ore eius: Deinde subiūgitur. Domino: glosa. Quia cruce se tradidit: Vnde oblatu est qd ipse uoluit: Deinde sequit: Et adducet illum ad ostium tabernaculi: testiōni: glosa. i. crucē:

et sequitur coram dño glosa. i. inspiciente patre: cui dicitur pater in manus tuas commendo spiritū meum. Ponetq manū super caput eius: glosa. inuictur pncipium passionis: sequitur. Immolabitq eum domino glosa. pro peccatis nostris: et infra: Cumq intinxerit digitam in sanguine: glosa. Digitus est uirtus dei: q fuit tictus sanguine: cū opus passionis fuit impletū: Sanguis namq passionem significat iuxta illud: Mū dus ego sum a sanguine uesti bonus. et alibi. Sanguis eius super nos etc. Item super illo Leuitici. vii. Obtulit et uitulū pro peccato: cumq super caput eius posuisset. Aron et filii eius manus suas immolauit eū hauriens sanguinē. habetur talis glosa. In morte enī xpi baptisamur: consepilmur enim per baptismum in morte: et glosa alia super illo. Sumens de sanguine tetigit extremum auricule: ait si per Aron christum accipimus extremum auricule eius: sanguine tactum fuit: quia patri: usq ad mortem obediuit. **¶** Ex his et aliis quodāmodo innumeris: q allegari possent: satis clare manifestatur: q in figuris ueteris testamenti a deo institutis: xpmq figurantibus per xpi sanguinē: mors ipsius seu passio figuratur: Quibus sic se habēt tibus apparet ueritas nostre prime responsionis: q expiationes. s. ueteris testamenti: que in animalium occisorum sanguine: fiebant: figurabant expiationē humani generis: in xpi sanguine: morte. s. et passione ipsius salutifera factam que adhuc euidētius poterunt apparere legentibus solcite glosas in epistola Pauli ad Hebræos. ix. **¶** Sed ne ex hac nostra rñsiōe

data ad argumentū aduersariorum: paulo antē reci-
tatū: offendamus eorū aures: qui nos fratres maiores
glosatores uocant: cū tamen non nisi glosas doctorū
sanctorum adduxerimus: dabimus ad illud idem ar-
gumentum: aliam quandam secundam responsionē:
que non fundabitur in aliquibus glosis. Cum enim
arguunt expiationes ueteris testamenti que figura-
bant expiationem humani generis: fieri in sanguine
effuso etc. Dicimus et respondemus: q̄ expiationes
ille figurabant seu significabant genus humanum re-
dimendum aut expiandum in xp̄i sanguine: dando
siue effundendo: tanq̄ pretium quoddam partiale &
quo mediante erat soluendum pretium: quod et pr̄i-
cipale: ut puta christi uita: neq̄ erat necessarium ut
tale pretium quo et partiale: pro quocunq̄ tempore
deitati uniretur sed pro illo tempore solum: in quo
Christi corpori actu coniungebatur: seu pro instanti
illo: in quo cepit effundi: siue exhiberi in huma-
ni generis redemptionem: Figura igitur et figuratum in
hoc cōuenerūt qm̄ sicut birorum sanguis expiabat
et mundificabat sic et Christi sanguis. In alio uero
differebant ut puta birorum sanguis effusus et iam
a corpore separatus aspersus carnem mundabat: et
sanctificabat. Sanguis autē xp̄i iam effusus et in illo
mortis triduo a corpore xp̄i separatus: et ut ad eius
separationem: iam mors fuerat subsequuta: non mun-
dabat: cum iam genus humanum esset redemptū et
mundatum. Posset autē assignari ratio quare sanguis
ille aialium effusus mundabat qm̄ talis sanguis cum

figuraret sanguinem christi effundendum & ab eius
corpore separandū: merito sic effusus in lege ueteri
mundabat ut per hanc figuram cunctis innotesceret
q̄ sanguis xp̄i in quo humanū genus expiandum erat
effundi et a xp̄i corpore separari debebat: et deniq̄
ad eius separationē: saluatoris nostri mors erat sub-
sequutura. Nec oportet quemadmodū iam dictum
est. ut figura et figuratū in singulis currāt pari passu
etc. ¶ Ex quibus apparere potest qualiter sit intelli-
gendū dictū apostoli ad hebreos. ix. cū ait sanguinem
Christi mundare sanctificare: uicificareq̄. Quoniam
aut apostolus sumpsit sanguinem secundum eius esse
sacramentale completum. i. et perfectum secundum
quod unitur corpore Christi et deitati. Quēadmodū
etiam dicitur Iohānis. vi. q̄ caro uiuificat: Aut intel-
ligit humanum genus fuisse sanctificatum: uiuificatū
seu mundatum in sanguine Christi: modo quo supra
diximus. Et sic patet duplex solutio ad argumentum
aduersariorum: quod fundatur in figuris ueteris tes-
tamenti. ¶ Arguūt iterū nobis in opinione aduersari
contra principalem nostram cōclusionem. tali argu-
mēto. Sanguis xp̄i effusus ab ecclesia sacer nominat̄
iuxta illud. Quem sacer cruor perunxit ductus agni
corpore. Sed constat: q̄ non ex alia ratione ut aiunt
sacer uocatur: nisi quia ei pro tunc diuinitas erat cō-
iuncta. Ad quod argumentum respondemus q̄ si
eorum fūdamētum uerum esset sequeretur q̄ deitas
cruci xp̄i fuerit actu coniuncta: pariformiter: clavis
lancee et indumētis xp̄i: multisq̄ aliis que ab ecclesia

sacra uocantur: quemadmodū sunt euangelica uerba
de quibus cantatur in ecclesia sequentia sancti euā-
gelii: Palatū quoq; maximū pōtificis eo q̄a sacrum no-
minatur esset diuinitati cōiunctum: quod nullus sane-
mentis assereret. q̄ autē crux: multaq; p̄dicta uocent̄
sacra habetur ex Damasceni sententia qui quarti sui
libri sententiarum: capitulo tertio ait. Ipsū quidem
preciosum lignum uenerabile in quo seipsum in hos-
tiam. p̄ nobis obtulit Christus ut sanctificatū tactu
corporis et sanguinis. decenter est adorandū. Si-
militer clau lancea indumenta et sacra eius tabernā-
cula que sunt presepe: spelunca golgota ac salutare
eius sepulchri et uiuificatiuū. ¶ Ex q̄bus luce clarius
apparet q̄ omnia illa sacra seu sanctificata: ac preciosa
nuncupantur non ideo quia actu eis sit coniuncta
diuinitas sed magis q̄a a Christo contacta fuere: Ita
in proposito dicimus. q̄ Christi sanguis effusus non
ideo dicitur esse sacer: quia fuerit ei unita diuinitas.
Sed magis quia cū in xp̄i corpore existeret coniu-
gebatur ei et quia effluxit a Christi corpore eidem
diuinitati actu coniuncto quod certe euidenter os-
tēditur ex illo q̄ in ecclesiastico illo dicto subiungit̄
dum dicitur. Quē sacer cruor perunxit: ductus agni
corpore. Appellat namq; cruorem illum sacrum quia
fuit eductus ex corpore Christi. cū quo stat q̄ post
ip̄us effusionē cessauerit eius unio cū diuino uerbo
ut nostra conclusio affirmat. ¶ Conantur insup ad-
uersarij nostram principalem conclusionē tali medio
deicere: quoniam ut dicunt habetur a Damasceno

Christi humanitatem: salutiferam passionē respectu
generis humani habuisse ob deitatis coniunctionem:
cum ea propter quam coniunctionem Christi huma-
tas genus humanum saluauit & sanctificauit: quibus
sic stantibus arguunt sic. Christa sanguis in passione
effusus. sanctificauit humanum genus. Igitur fuit dei-
tati unitus: patet cōsequētia ex his que a Damasceno
supius dicta sunt: antecedens uero nituntur probare
per id quod habetur ab apostolo ad Hebræos ultio.
Iesus autem inquit apostolus: ut sanctificaret per san-
guinem suum populum extra portam passus est. Ad
quod argumentum respondemus q̄ genus humanū
ab aliquo sanctificari tripliciter contingit. ¶ Primo
quidem modo ut ab effectiua causa et p̄cipali: quo
modo trinitas personarū diuinarum humanū genus
dicitur sanctificasse. ¶ Secundo modo tanq̄ a causa
meritoria: quo modo Christus dominus: secundum
eius humanitatem asseritur hominem sanctificasse.
Tertio modo ab aliquo humanum genus ferē fuisse
sanctificatum tanq̄ ab actu seu operatione. aut p̄ali
passiōe q̄a. s. us mediātibus meritoria causa. sicut fuit
xp̄i hūanitas aut xp̄s scđm hūanitatē. generi hūano
huiusmodi meruit sanctificationem. ¶ Posset & addi
quartus modus. q̄ aliquid. s. dicitur sanctificasse hu-
manum genus tanq̄ pretium exhibitum. a causa ipsa
meritoria in redēptionē eiusdem humani generis.
Addimus etiam et nos quendā quintū modū sancti-
ficationis scđm quem genus humanū asseritur fuisse
ab aliquo sanctificatū ueluti ab instrumēto quo fuit

redemptū deoꝝ recōcilatum. Primum sanctificari a causa. s. principali: nil aliud est q̄ sanctificationis gratiam a tali causa effici: seu causari in ip̄o sanctificato. Sanctificari aut̄ secūdo: mō. s. meritorie nil aliud importat q̄ sanctificatū gratiā illam cōsequi. meritis talis cause meri meritorie. Sanctificari uero tertio modo idem est: q̄ gratiam talem in se suscipere. a principali causa mediātibus opationibus illis. seu passiōe penali quibus causa illa meritoria: sanctificato grām illam promeruit. Sanctificare quarto modo idē est quod in pretium exhiberi ad hoc ut res sanctificata gratiā consequatur. Quinto uero modo sanctificare acceptū. nil aliud est q̄ esse aut fuisse instrumentum quo mediāte causa meritoria. sanctificate rei gratiā illam promeruit: Quibus sic stātibus respōdemus ad argumentū: q̄ cum apostolus dixit humanum genus per xp̄i sanguinem sanctificatū fuisse. intellexit per sanguinem xp̄i mortē: seu passiōē a qua humanum genus extitit sanctificatū: tertio modo sanctificationis superius dicto. Aliter etiam posset respōderi. s. q̄ per sanguinē. genus humanum sanctificatum fuit quarto modo sanctificationis iā superius dicto utputa tanq̄ per pretiū. minus p̄cipale: et quo mediāte solutū fuit pretium quod et p̄cipale utputa xp̄i uita sacratissima: que in sanguine cōseruabat̄ ad quod tñ non sequitur. ut aduerlarij credebāt. q̄ sanguini tali effuso fuerit cōiūcta deitas. Sed suffecit ut aliquādo ei fuerit cōiūcta: qd̄ certe fuit dū actu erat in corpe xp̄i: aut dū cepit dari & effūdi ī pretiū: Crux aut̄ xp̄i

humanū genus sanctificauit quinto modo ut placuit Damasceno qui in tertio capitulo sui quarti sn̄iarum de cruce hec uerba p̄nūciat. Per nullū aliud euacua-
ta est mors serpētis: peccatū solutū est: Infernus de-
predatus est: resurrectio donata est: porte paradisi
aperte sunt: natura n̄ra in dextera dei sedet: filii dei
& heredes facti sumus hec ille. Ex quibus apparet q̄
hec oīa cruci attribuūt ut instr̄o hūmāe redēptiois
et prout tale instrumētū: aliquo modo cōiūctū fuit
cause meritorie. s. homini xp̄o. Sic et sanguis nō ha-
bit uirtutē illam sanctificatiuā: seu redēptiuam per
modū pretii nisi ut cōiungebat̄ homini xp̄o in quo
et deitas eidem sanguini uniebatur. Virtus autē talis
sanctificatiua: cepit ad actū reduci: cū sanguis cepit
effundi: et ad eius effusionē sequuta est xp̄i mors. &
ideo mortuo xp̄i eiusq̄ sāguie iā effuso: sanguis talis
genus humanū q̄ iam sanctificatum fuerat: non actu
sanctificabat: quia iam pro eo in p̄tū fuerat oblatus.
Argnūt insup nobis in opinione aduersarii cōtra
nostrā principālē cōclusionē. ratione tali. Id quod est
causa effectiua salutis generis humani. uidet̄ deitati
contungi. cum nil preter deum. potuerit humanum
genus saluare. ut theologi deducunt in tertio sn̄iarū
cum autē xp̄i sanguis fuerit huiusmodi. q̄a per apos-
tolam fuit causa nostre sanctificationis: Quod et cō-
firmat̄ per dictum xp̄i. Hic inquit est sanguis meus
qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionē
peccatorū. ex quibus cōcludūt. necessario fore dicen-
dum q̄ sanguis talis fuerit unitus deitati. Ad quod

argumētū respōdemus. premittētes sentētiā quādā
beati Thome eorū doctoris. qui pte tertia questiōe
.xlviij. articulo. vi. ait. q̄ causa efficiēs salutis humani
genesis. fuit duplex. q̄m quedā fuit efficiēs causa et
p̄cipalis. et hec extitit tota trinitas unus deus. q̄dā
uero fuit instrumentalis prout fuit xp̄i humanitas. q̄
instrumētū quoddā fuit diuinitatis. & ex cōsequēti
oēs actiones et passiones xp̄i operate sunt instrumē
taliter. ad humanā salutē & secundum hoc. xp̄i passio
operata est instrumētaliter. ad salutē humāi generis.
hec ille. ¶ Ex quibus respōdemus ad eorū argumētū
q̄ causa effectiua p̄cipalis humane salutis deus est.
Causa uero instrumētalis et inter instrumētales magis
p̄cipalis humane salutis. fuit xp̄i humanitas. que
quidē habuit diuinitatem sibi coniunctā. Alie uero
instrumētales cause et minus p̄cipales. fuerūt xp̄i
passiones: sanguisq̄ ip̄ius: quas non fuit necesse pro
quocunq̄ tēpore siue instanti. diuinitati uniri. sed suf
fecit ut eis aut earum aliquibus sicut sanguini fuerit
cōiuncta diuinitas. eo tēpore quo fuerūt in xp̄i corpe
siue p̄ instāti. quo in pretiū dari ceperunt. talis inquā
unio pro tunc suffecit ad hoc. ut sanguis xp̄i esset cā
instrumētalis. salutis humane modo supradicto. & ita
illud argumentū eorū nō concludit. ¶ Similis autē
respōsio. conuenit singulis auctoritatibus. que ab ad
uersariis adduci solent. ad probandū sanguinem xp̄i
sparsum: fuisse causam humane redemptionis. et per
cōsequēs unitū deitati. quēadmodū ē auctoritas illa
que habetur Apochalypsis. xii. quāq̄ aduersarij solēt

adducere. Redemisti nos dñe. in sanguine tuo. et alie
fere innumere: potissimū illa Petri. Nō corruptibili
bus auro et argēto ec̄. Sed pretioso sanguine. Que
omnes exponende sunt & intelligēde. de causa instru
mētali intrinseca: & minus p̄cipali. siue de p̄cio quo de
partiali: ac minus p̄cipali ut sepe fuit dictū. ¶ Que
respōsio corroborat. p̄ dictū sancti Thome. parte
tertia questiōe c̄dragesima octaua. ubi sic inquit. q̄
ille p̄prie dicit redēptor: cuius est actus solutionis &
pretiū solutū: p̄cium autē solutū in redēptione hu
mani generis. est uita Christi siue sanguis: ip̄ius. in
quo uita cōsistit: & subdit q̄ huius redēptionis: aliq̄
fuit causa effectiua. remota. ut trinitas diuinarum
personarum. hec enim redemit nos q̄a fuit eius p̄ciū
puta uita Christi. tanq̄ p̄mi actoris: eius etiā fuit
aliquo modo actus solutionis. pro quanto inspira uit
homini. Christo. ut pro nobis pateretur. Alia uero
causa propinqua. n̄re redemptionis. ut Christus: b̄s
cuius imediate fuit pretiū puta uita ip̄ius. atq̄ actus
solutionis. cū ī morte dedit se. ut uita eius. ī p̄cium.
iuxta illud psalmi: Redemisti nos deus ueritatis ubi
habet glosā. Redemisti. s. me deus ueritatis in Xpo
Clamante. In manus tuas dñe. commendo spiritum
meum. In quibus uerbis. exprimit causa. redēptōis
remota: & etiā p̄p̄qua. ut patet intelligēti. hec ille.
Ex dictis Igit̄ doctoris huius. satis expresse apparet
q̄ sanguis nō fuit p̄prie. causa humane redēptōis
quia nec propinqua nec remota. sed magis fuit p̄ciū
aut instrumētū eius ut dicebat. p̄pterea doctores

sancti . nunc talibus sermonibus usi sunt . I. Sanguis
Christi redemit humanū genus: sed solum reperitur
ab eis traditū . q̄ Christus nos redemit in sanguine .
aut sanguine suo . ad innuendum . q̄ sanguis non fuit
causa sed magis pretium et c̄ . ¶ Aducunt . Item cōtra
principālē cōclusionē nr̄am . nobis . i . opinione cōtrari
talē rationē . Illud inquirunt . ex quo ecclesiastica sa/
cramenta sumpserunt efficaciam . necesse est ut fuerit
deitati cōiunctum . cum ex pura creatura sacramēta
huiusmodi efficaciam . non potuerit accipere : sed a Xpi
sanguine : ex uulnere laterali Christi effuso . sacramē
ta sumpserūt efficaciam . Igitur unitus fuit diuinitati .
Minor aut̄ pbatur ex Augustino . xv . de ciuitate dei
de arca noe loquente & talia uerba dicēte . Et q̄ osti
um in latere arca accepit . profecto illud est . uulnus .
q̄ crucifixi latus . lancea pforatum est . ac quippe ad
illud uenientes ingrediuntur . quia inde sacramēta
manarunt . quibus credentes initiuntur . hec ille . ¶ Ad
quā rationē respondemus . Iuxta sententiā doctoris
subtilis in suo quarto sententiā . q̄ si ut narrat euan/
geliū . uulnus illud fuit Xpo . post mortem inflitū :
sacramenta non fluxerunt ab illo . tanq̄ a causa meri
toria : cum post Christi mortē . eoz̄ nulla fuerit causa
meritoria . dicuntur tñ inde sacramēta fluxisse . ppter
similitudinem quādam . expressiorem . eoz̄ que inde
fluxeunt ad sensibilia . q̄ sunt in quibusdam sacramē
tis : sanguis enī spetialius assimilāt spetiei . sub qua ē
sanguis in eucharistia : & aqua spetialius assimilatur
materie baptismi . que duo sunt principalia sacramēta

et hic intellectus pōt haberi ex his quo tradūt extrā
de celebratione missaz̄ . capitulo In quadā ubi habēt
hec uerba . Ad negationē . i . eiusdē corpis . quattuor
humores cōueniunt uidelicet . Sanguis . flegma . co
lera & melēconia . ut ueritatē humani corpis exp̄sius
demōstraret . unū ex illis & unum ex istis que magis
misterio cōgruebāt effudit : ex elemētis aquā : ex hu
moribus sanguinem . In quibus duobus duo maxime
sacramenta redemptionis uidelicet et regenerationis
elucēt . hec doctor subtilis . Ex q̄bus appet . q̄ sacra
menta a uulnere illo . siue a sanguine efficaciam non
sumpserūt cū opposito dato . necessario dicēdū esse
q̄ uulnus illud adhuc xpo uiuētī fuisse . ¶ Istū cōtra
euangeliū . ¶ Ad Augustinū aut̄ respōdendū est eū
intellexisse q̄ sacramēta ab us que ex xpi uulnere
fluxerunt tanq̄ a signo emanarūt : cū sanguis significa
ret eucharistie sacramētū : aqua uero baptismi . Si tñ
de gr̄a spetiali q̄ aduersarius cōcederet . sacramēta a
xpi sanguine laterali . efficaciam accepisse . cū postea illi
subiicerent . Igitur sanguis ille ex uulnere defluxus
deitati fuit unitus . rñderet̄ negando istā cōsequentiā :
sed suffecit q̄ aliq̄n fuerit ip̄i diuinitati cōiunctus . q̄
certe fuit cū actu erat in xpi corpore . aut in instāti illo
quo ex uulnere cepit defluere . ¶ Arguunt ulterius
aduersarij cōtra cōclusionem principalē nostram
medio tali . Sanguis uidetur esse de ueritate humane
nature quēadmodū aīa et corpus ac ceterā principalis
partes hominis : Igitur uidet̄ q̄ quēadmodū in mortis
triduo . diuinitas corpori et aīe fuit coniuncta . ita et

sanguini sparso et effuso. **¶** Ad quod argumentum respondemus negando assumptum. quoniam anima et corpus: ceteraque partes principales. dicuntur ideo de ueritate humane nature. quia hominem constituunt adeo ut sine eis esse non possit: suntque uiuificabiles et apte nate animari: Et cum unio hypostatica. ut alias dictum est facta fuerit. mediante anima. idcirco fuerunt uere et principaliter a uerbo assumptae. Sanguis uero. quia ei ista non conueniunt. cum nunquam animatus fuerit. neque pars hominis ut ex precedentibus liquet. non est eo modo dicendus de ueritate humane nature: neque uere fuit assumptus. sed coassumptus. cuius rei gratia deitas non fuit eidem a corpore separato unita quemadmodum remansit cum anima et corpore ac ceteris principalibus hominis partibus in mortis triduo etc. **¶** Possent ulterius nobis in opinione aduersantes. contra praefatam nostram conclusionem tale afferre argumentum. Quoniam data illius conclusionis ueritate. sequeretur quod deitas in triduo mortis christi fuisset ab anima et corpore ipsius separata contra Damascenum suarum sententiarum libro. iii. Consequenter autem probatur: quoniam quaecumque una et eadem unione ununtur si unio talis cessat respectu unius: et illa eadem desinet respectu alterius: alioquin unio eadem simul et semel esset. et non esset. **¶** Sed humanitas et cetera que fuerunt diuino uerbo hypostatice unita unione eadem ei fuerunt unita. Igitur si diuinitas a sanguine effuso fuit separata: relinquatur quod et diuisa fuerit siue seruata a corpore et ab anima. Minor uero probatur. uidelicet quod omnia a uerbo

assumpta fuerint ei eadem unione unita. quia opposito dato sequeretur. quod infinite fuissent aut essent uniones quia qua ratione unio sanguinis cum diuinitate esset alia ab unione corporis cum diuinitati pari ratione et cetera coniuncta uerbo essent uariis unionibus sibi unita. cum autem illa infinita sint quia infinite partes christi corporis. similiter et sanguinis. eo quod in infinitum continuu est diuisibile ex Aristotele primo physicorum: ergo uidetur. quod infinite erunt uniones. quod non uidetur posse dici. cum non sit dandum infinitum in actu in us inferioribus ex Aristotele tertio physicorum. Et confirmatur. quia si essent infinite uniones. seu plures. tunc essent plures siue infinite incarnationes et per consequens non esset tantum una incarnatio. quod non uidetur dicendum. **¶** Ad hoc argumentum respondemus negando primam consequentiam. et ad probationem ipsius. dicimus quod uniones ille sunt uariis et diuersis. nec esset magnum inconueniens. concedere siue affirmare quod infinite ibi essent uniones: cum relationes et respectus non sint magni ponderis: nec inconuenit quod in his inferioribus reperiatur multitudo infinita aliquorum inexistentiu. licet non per se et seorsum actu existentium. quod uoluit Aristoteles. iii. physicorum. In qualibet namque linea. quantumcumque modica fuerit. infinita puncta reperiuntur ut philosophi commuiter deducunt. **¶** Possent tamen et aliter dici. scilicet quod omne totum quod fuit a uerbo assumptum. fuit eidem unitum una unione totali. et in actu cum suis partibus infinitis. tamen partialibus et in potentia. cum talia tota sint

in infinitas partes potentiales diuisibili. quia cōtinua
et primo pbisicoꝝ in infinitum continuū ē diuisibile.
quia tamen in xp̄o talia continua totalia. composita
ex partibus suis. non fuerūt multitudine infinita. ideo
nec ibi fuerūt uniones totales et in actu infinite et
si infinite fuerint partiales in potentia. et hoc pbauit
eorum argumentū. paulo ante factum. nec hoc incō
uenit. ¶ Et cum subiungit essent infinite assumptio
nes. seu incarnationes. respondemus q̄ assumptio
tribus modis accipi pōt. Vno modo actiue pro actu
.s. assumendi. et sic tantū fuit una assumptio. q̄a unius
actus quo diuinum uerbū simul assumpsit ea que ab
eo. assumpta fuere. Secūdo modo accipi pōt passiuē
et sic etiam est una assumptio. quia eadem passiuā as
sumptione quecunq̄ assumpta a uerbo simul fuerūt
assumpta. Tertio uero modo accipi potest assumptio
p̄ relatione quadā seu unione. quā a uerbo assumpta
ei fuerūt unita. et hoc modo plures fuerūt assumptio
nes. quemadmodum plures uniones. eo modo quo
supra dictum fuit. ad quod tamen non sequitur. q̄
fuerint plures incarnationes. quia scdm Damascenū
suarum sententiarū libro. iii. Differentia est inter uni
onem et incarnationem quia unio solum demōstrat
copulationem. ad id autem uel ad quem facta est co
pulationem. non ad huc. Incarnatio uero que idem est qd
humanatio. eam ad carnē. s. ad hominē copulationē
demōstrat. hec sanctus Damascenus. Quāuis igitur
ibi sint uniones diuerse. q̄a unita diuersa. una tamen
est incarnatio. sicut una est xp̄i humanitas et cetera.

¶ Arguit alterius contra nostram conclusionem.
tali argumento. Sanctus magis Leo in dicitur i sermone
de naturate quo unctus. In uerbo quod dicitur dicitur
et c. ait indefinēter. ubi un partem salutaris uirginis.
adora et indissolubilem illius copulā. uerbi et carnis.
non minus suscipimus in proprio iacens q̄ in resur
rectione patris altitudinis consuetudinis et c. In
quibus quidem uerbis Leo papa unionem illam hy
postaticam. uerbi et carnis. indissolubilem edoceat. et p̄
carnem totum hominem intellexit. ut idem ait. in de
claratione illius euangelici dicit. Verbum caro factū
est. et homo ut ipse inquit. Et ex his inferunt aduersarij
q̄ uerbi uno cum sanguine indissolubilis fuerit. Igitur
eorum nūq̄ sine aliqua distinctio. sine se parit facta.

¶ Ad hoc argumentū dicimus nos. q̄ ita conclusio
contra eos. quā admodū cōtra nos. Ipsi enī doctrinā
sancti Thomae in eo quodlibet ueritate. dicit q̄
facta fuit separatio deitatis a sanguine ueritatis
effuso. Idcirco de pro eis et pro nobis ad argumentū
sic respondemus. q̄ Leo papa. indissolubile uocauit
unionem illā hypostaticā. respectu partū essentialiū
principalium q̄ ipsius humanitatis. que fuerunt uere
assumpte. prout placuit Damasceno iuxta ipsius aue
toritatem superius allegatam. Et si mortuus fuerit
ut homo et c. non autē unionem illam. Leo papa in
dissolubilem nominauit. respectu coassumptoꝝ. que
quidem non sunt partes ipsius humanitatis. de quoz
numero fuerunt. unguis. unguis. atq̄ capilli. Et per
idem respondemus ad quandā auctoritatem ipsius

Leonis in sermone suo. de xpi passione positam. qua aduersari etiam contra nos adducunt. In qua Leo unionem illam uerbi. cum carne asserit solidam et per solidam aduersarii intelligunt indissolubile. quod certe uerum est respectu uere et principaliter assumptorum non autem respectu coassumptorum. ut iam dictum est. Afferunt item aduersarii contra nos alias complures auctoritates. Una quarum est Damasceni libro. iii. sententiarum & capitulo. iii. sic dicentis. Inuertibiliter Inconfusibiliter. inalterabiliter. indiuisibiliter. & ineuulsibiliter. in duabus naturis perfecte se habentibus. unam hypostasim confitemur. uerbi dei. hec ille. In qua quidem auctoritate. notant illi. hoc uerbum inuulsibiliter. dicentes Damascenum per hoc intellexisse quod deitas euelli non potuit. ab humana natura. quod quidem ut aiunt. intelligi non potest de humanitate. cum in mortis triduo. xps non fuerit homo. igitur ut aiunt intellexit de partibus humanitatis. de quarum numero uolunt sanguinem esse. Respondemus quod hec Damasceni auctoritas. per eos nunc adducta. concludit contra eorum opinionem. qua opinati sunt iuxta doctrinam sancti doctoris sui. deitatem separatam fuisse a sanguine nutrimentali: qua propter uolentes. nos et eos saluare dicimus Damascenum in hac sua auctoritate. uoluisse diuinitatem non potuisse euelli ab humana natura. id est a partibus essentialibus et principalibus eius quae quidem fuerunt uere assumptae: cum quo tamen stat. deitatem potuisse euelli seu separari. ab ipsis coassumptis. de quorum numero fuit sanguis et ceteri humores ut

dictum est. **A**lia uero auctoritas. quam contra nos adducunt est Leonis papae. in sermone de passione domini. dicens. In tanta unitate dei et hominis natura conuenit ut nec supplicio potuerit dirimi. nec morte distinguere. hec ille. Ex qua auctoritate arguunt sic aduersarii. Supplicio christi sanguis a corpore ipsius fuit separatus. non tamen dicendum est ut Leo dicit. quod deitas supplicio tali fuerit a sanguine separata. sicut quibus per mortem anima christi fuerit a corpore ipsius diuisa et separata: ab ipsis tamen per mortem illam. non fuit deitas separata. **A**d quos respondemus quod auctoritas illa militat etiam contra eos de sanguine nutrimentali propterea dicimus: quia Leo papa per naturam hominis non intelligit humanitatem ipsam que in ipso mortis triduo non fuit: cum ut supra dictum est. pro tunc christus homo non esset. Intellexit igitur Leo per naturam hominis. partes essentielles ipsius: corpus. id est et animam que quia fuerunt uere et principaliter assumptae deitas neque supplicio. neque morte potuit ab eis dirimi sine separari. Sanguis autem cum non sit pars hominis neque de uere et principaliter assumptis. sed magis de coassumptis. de eo non est Leonis auctoritas intelligenda. **A**dducunt item aduersarii quandam Leonis auctoritatem in sermone de nativitate ubi sic inquit. **Q**uae in unitate conuenerunt. separationem habere non possunt neque finem. Ad quod dicimus. ut ad alia dictum est: quod id debet intelligi. respectu uere et principaliter assumptorum: alioquin nunquam fuisset deitas a nutrimentali sanguine separata. quod de directo est contra eorum

opinionem. **A**llegant etiam aduersarij contra nos Iohannem Damascenū qui xvi. capitulo libri quarti suarum sententiā sic ait. Unus nimirum filius et xps domus et uno existente: una et persona est scdm nullum modū diuisa: eaq; scdm hypostasim ē. unioe preter cognitionem naturalis differentie. hec ille. Ex quibus arguunt ipsi sic: Si xpi persona scdm nullum modum diuisa est: igitur nec scdm sanguinem. **A**d quam auctoritatem respōdemus. prout respōdimus ad alias uidelicet Damascenum suū dictū intellexisse respectu uere assumptōz. et non coassumptōz cuiusmodi fuit sanguis alioquā auctoritas ipa militaret contra eos de sanguine nutrimentali. ut sepe dictum est. putamus tamen auctoritatem illam. saluo saniori iudicio. non esse declarandā eo modo quo aduersarij eam declarāt. sed magis sic intelligendam. scilicet quod quis plures differentes nature in xpo uerbo hypostatice uniantur: unus tamen est xpus et una persona. neq; persona in illis naturis quibus hypostatice unitur ē diuisa. ita quod sicut sunt nature inter se diuise et differentes. sic et in illis sint persone diuerse differentes: sed tantū est una persona in illis. et unū uerbū manēs unū: scdm quem intellectū auctoritas illa cōtra nos minime militaret. **I**nducunt insup aduersarij cōtra principalem conclusionē nostram Damascenum qui in tertio suarum sententiā libro sic inquit: Nullam partium nature deposuit: non corpus: non animam: sed et corpus et animā: rationalem et intellectualem et uoluntariam et motiuam possidet. et ita ad celos

reducitur. hec ille. In qua auctoritate notant aduersarij. hoc quod dicitur. et ita ad celos redit: Si enim ut aunt per corpus quod posuit Damascenus in principio auctoritatis intellexit corpus. sine sanguine. tūc Christus rediit ad celos sine sanguine. quod non est dicendum si uero per corpus intellexit Damascenus omnes corpus partes. etiā cū sanguine. tunc semper deitas fuit sanguini cōiuncta. sicut et corpori. contra opinionē nrām. **R**espōdemus ad eos. quod auctoritas ista cōfirmat. que supius dixeramus quod. scilicet deitas nunquā fuit a partibus essentialibus hominis separata. quas Damascenus in sua auctoritate explicat dum dicit. Nullam partium nature deposuit. non corpus: non animā etc. quāsi uoluerit inuere quod sic ad celos rediit. nunquā facta in interruptione. illius hypostatice unionis. respectu partium essentialium: cum quo tamen stat: quod sanguis talis: qui in morte fuerat effusus: a deitateque separatus: fuerit in resurrectione reassumptus. et xpi corpori. ac deitati reunitus: ac cum tali corpe: et anima: respectu quorum unio illa. nunquā fuit interrupta. simul tamē cum sanguine reassumpto: cuius respectu sepe dicta unio aliquid quando fuit interrupta Christus ipse gloriosus. celos ascenderit propter quod nō sequitur. ut ipsi nitentur deducere. quod xps sine sanguine celos ascenderit etc. quod autem auctoritates omnes Damasceni adducte superius intelligende sint ut sepe diximus. respectu essentialium partium et principalium humanitatis. de non respectu sanguinis: aliorūque coassumptōz. declaramus ex quadam eiusdem doctoris auctoritate:

que habetur in tertio suarum sententiarum libro queque
alias per nos fuit allegata. ibi namque doctor ille habet
hec uerba. Corpus enim et anima. ex principio in uerbi
hypostasi. habuerunt existentiam et in morte a se inuicem
diuisa singulorum eorum manserunt. una hypostasim
uerbi habentes et infra: nunquam enim neque anima. neque corpus.
propria habuerunt hypostasim preter eam: que uerbi
hypostasim. et si anima a corpore localiter sepata est.
personaliter per uerbum unita fuit. hec Damascenus
Ex quibus apparet. quod dicebamus: quoniam in aucto-
ritate ista Damascenus solum mentionem facit de
corpore et anima: non autem de sanguine. cum de christi
corpore mortuo sermonem faciat. quod quidem pro
tunc erat exanguis. ¶ Adducunt item aduersarii contra
nos: dictum quoddam Bede. super illo. Actuum. xx. At
tendite uobis: et uniuerso gregi: in quo posuit nos
spiritus sanctus: episcopos regere ecclesiam dei: quam
acquistiuit sanguine suo: Et sunt uerba Apostoli Pauli
super quibus ait Beda: Non dubitat. scilicet Paulus sang-
uinem dei dicere. propter unionem persone in duabus
naturis Iesu christi hec ille. Ex quo dicto deducunt con-
sequenter christi sanguinem post eius effusionem fuisse
uerbo coniunctum. ¶ Ad quod respondemus quod conse-
quens id quod inferunt non sequitur ex auctoritate
illa: sed bene sequitur quod ille sanguis fuit in corpore christi
in quo erat actu sanguis dei. ob unionem deitatis. cum
humanitate in christo. Et quia sanguis talis. existens in
corpore erat. uerbo coniunctus. et actu sanguis dei
potuit ideo esse pretium redemptionis humane. et

tanquam pretium offerri et exhiberi a christo. in redemptionem
et acquisitionem ecclesie sue sancte: cum quibus omnibus
stat. quod postquam a corpore christi fuit seunctus et diuisus
non fuerit diuinitati coniunctus: sicut nec erat pro-
tunc actu sanguis dei siue christi ut fuit superius decla-
ratum. ¶ Unducunt item aduersarii contra nos. dictum
quoddam Bernardi qui scribens ad Eugenium. enu-
merat. ix. modos unionis. inter quos ponit unionem
trium personarum diuinarum in una substantia. primum
et summum gradum obtinere: uultque ipsam esse omnium
unionum excellentissimam. postquam uult unionem qua
tres nature diuinae. scilicet et anima christi: et corpus ipsius: in
una ununtur uerbi persona: secundum locum tenere. Ex qua
auctoritate arguunt aduersarii sic. Beatifica unio qua
intellectus beatus unitur beatifico obiecto. nunquam re-
uocatur siue interruptitur iuxta illud Apocalypsis
.iii. Foras non egreditur amplius etc. igitur multo
minus hypostatica unio que illa maior est: reuocata
fuit seu interrupta: Cum igitur talis fuerit iter sanguinem
christi et deitatem igitur deitas. nunquam a christi sanguine fuit
separata neque eorum unio interrupta. ¶ Ad quos du-
pliciter respondemus et primo. quod Bernardus intel-
lexit de hypostatica unione. respectu uere assumptorum
seu partium essentialium humanitatis. cuiusmodi est
anima et corpus: quod patet. quia in sua auctoritate.
solum ista expressit. non autem loquutus fuit: de hy-
postatica unione respectu coassumptorum. cuiusmodi
fuerunt sanguis pili: unguis et capilli. propterea dicimus
ad argumentum. quod quemadmodum unio beatifica nunquam

reuocatur. ita nec hypostatica unio respectu uere as-
sumptorum nunquam reuocata fuit: siue interrupta: cum
quo tamen stat. quod fuerit interrupta respectu coal-
sumptorum. quod et aduersarii fatentur. dum dicunt
deitatem fuisse separatam a christi sanguine nutrimentali.
¶ Possimus etiam illud idem eorum argumentum hac
secunda responsione euacuare. assumendo dictum Scotti
in suo tertio sententiarum dicentis. quod unio hyposta-
tica. ideo dicta est ceteris excellentior: quia persona
assumens que est persona infinita et diuina. communitat
nature assumpte. esse subsistens: et quantum ad hoc
talis unio est excellentior beatifica unione: et hoc uo-
luit Bernardus. cum quo tamen stat. quod beatifica unio
sit quo ad aliud hypostatica excellentior. ut puta. quia
ipsa nunquam interruptitur. hypostatica autem fuit aliquando
interrupta. sicut in christi mortis triduo. in quo deitas
non fuit unita humanitati. quod defecerat: neque sanguini
effuso: aliusque multis. que fuerant coassumpta. ¶ Alie-
gant item aduersarii contra nos dictum Alberti magni
in libro. quem de missa composuit in quo sic ait. Sanguis
a peccato lauat ex ui deitatis que sibi coniungitur: et
ulterius ibidem dicit. Deus apposuit sanguini acumen
deitatis. ut christi sanguine lauantur sordes uitioꝝ: et
ponit ibi quoddam exemplum de lisciuo quod ratione
cinerum lauat et abstergit sordes profundatas. Ad
que respondemus quod Albertus magnus. accepit christi
sanguinem. secundum ipsum esse sacramentale. secundum quod
nominatur et uocatur sacramentum misse. de qua tale
libellum edidit. Accipiendo autem christi sanguinem.

secundum tale esse cum sit actu coniunctus christi corpori magis
in uenisset ipsius existat. fatemur cum Alberto quod ha-
bet deitatis acumen quo abluit uitiorum sordes. Si
tamen Albertus intelligeret. de christi sanguine qui fuit
in redemptionem humani generis. tanquam pretium a
christo oblatum non secundum esse sacramentale sumpto
sic dicimus quod sanguis talis. acumen habuit deitatis
cui in christi corpore actu coniungebatur. ratione cuius.
potuit esse pretium uitioꝝ sordes ablueri. licet
acumen istud non habuerit: cum fuit actu effusus: a
deitateque separatus. nec oppositum butus dicit Al-
bertus. ¶ Aduersarii insuper nostri in opinione mittunt
impugnare nostram principalem conclusionem armis
nostris. seu dictis doctorum nostrorum. Afferunt enim
contra nos dictum magistri Nicolai de hra doctoris
excellentissimi qui in epistola ad Hebreos nono talia
uerba refert: Sanguis inquit christi ex unione quam ha-
bet ad diuinum suppositum: habet uirtutem ad emun-
dationem anime. ¶ Ad quos respondemus. quod si doctor
iste. sicut uerisimiliter credendum est accipiat sangui-
nem secundum eius esse sacramentale sic nulla est
difficultas: ut ex predeclaratis satis liquet. Si uero
sanguinem sumat ut habuit esse sub speciebus sangui-
nis. sub quibus fuit exhibitus ut parziale pretium.
modo superius declarato. sic dicimus quod suffecit ut
quandocumque unionem illam habuerit. ut cum fuit actu
in christi corpore seu pro instanti illo quo cepit effundi
sue in pretium dari. Et per simile respondetur ad
omnes similes auctoritates. ¶ Impugnant ulterius nobis

aduersantes in opinione: sepe replicatā cōclusionem nostram per auctoritatem quandam Pauli ad Hebreos undecimo qui ait: Irritam enim quis fatiens legem Moysi. sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus mori: quāto magis putatis deteriora mereri supplicia q̄ filiū dei conculcauerit. & sanguinē testamētī pollutum dixerit. in quo sanctificatus est. et spiritui gratie contumeliam fecerit. hec ille. Dicunt igitur uos nos minores polluere et conculcare Christi sanguinem. separādo ab eo effuso diuinitatem. **¶** Ad quos respondemus. q̄ satis admiramur. de hac eorum cōsequētia. q̄. s. ex auctoritate illa Pauli. sequatur id quod nobis ita calumniose imponunt: quod certe facere non deberent. sicut ut putamus neq̄ facerent. si passione deposita. diligenter attenderent. qualiter iuxta sanctorum doctorum declarationē. uerba Pauli sint intelligenda: quod ut omnes percipiant. adducemus glōsam. declarātem predictam auctoritatem Pauli. Irritam quis. i. preuaricans legem Moysi conuictus duobus aut tribus testibus moritur. morte quā lex illa p̄cipit. Quāto magis. i. grauius punietur qui filium dei conculcauerit. i. uilipenderit ut nō sufficere ad salutem credat. sed animalia et sanguinem Christi pollutum dixerit. i. peccata purgare non ualentem. in quo sanctificatus est. i. remissionem peccatorum accepit. hec glōsa illa. ex qua apparet. q̄ nos minores filium dei. neq̄ conculcamus. neq̄ uilipendimus. cū firmiter credamus: crediderimusq̄ semper: et credemus eum sufficere ad salutem: neq̄ insuper

possumus sanguinem noui testamētī cum credamus eum ualere purgare peccata. et secundum eius esse sacramentale sumptum: ac etiam secundum esse illud. in quo fuit datum in humane redemptionis pretium partiale. Dicimus tamen prout et sepe diximus q̄ postq̄ fuit a sacratissimo Christi corpore separatus. sicut in mortis triduo et diuinitas conuincta nō fuit neq̄ hoc dicere est illi inferre aliquam iniuriam. siue indignitatem: cum ex hoc non auferamus ab eo dignitatem aliquam sibi cōgruentem: cum talis dignitas unionis cum diuinitate. sibi non cōueniret a Christi corpore separato. sed solum ut eidem corpori actu coniungebatur: eo quia ut sepe dictum fuit. non fuit de uere et principaliter assumptis. sed solum de coassumptis: ex quibus apparet. q̄ patres uel edunt legē nostre mutue et fraterne caritatis. imponētes nobis tale tantumq̄ flagitium: cum certe ut diximus ex auctoritate illa Pauli non fuerit nobis imponēdum. **¶** Adducunt ulterius contra nos auctoritatem: que habetur Iohannis primo: Sanguis inquit Iesu emundabit nos ab omni peccato. et ad Hebreos nono: Si enim sanguis uitulorum etc. Emundare autē a peccato ut dicunt et bene non conuenit sanguini nisi ratione deitatis cui unitur. Igitur etc. **¶** Ad quos respondemus q̄ si Paulus in auctoritatibus illis sumat sanguinem secundum ipsius esse sacramentale tunc nulla cadit dubitatio. ut sepe declaratum fuit: Si uero intelligat de sanguine secundum aliud ipsius esse dicimus q̄ emundat tanquam partiale pretiū.

quod emundavit tanquam partiale pretium. et quo ut supra dictum est cui tamen a Christi corpore seuncto: non fuit necesse ut deitas uniretur. cum non fuerit pretium principale sed suffecit ut ei per instanti quo fuit in Christi corpore. siue cepit effundi et offerri diuinitas fuit unita. Subiungunt insuper aduersarii alia quedam quibus credunt contra conclusionem nostram demonstrasse. aiunt enim Apostolum dixisse ad Romanos undecimo sine penitentia sunt dona et uocatio dei. ex quibus accipitur ista regula quod dei beneficium siue donum non reuocatur nisi ex culpa suscipientis. propterea iura dicunt. Decet concessum a principe beneficium esse mansurum. Sed unio illa uerbi ad sanguinem fuit maximam beneficium. & nulla fuit in sanguine culpa igitur nunquam fuit interrupta.

Ad quos respondemus quod idem argumentum militat contra eos. siue eorum opinionem: qua opinantur deitatem aliquando separatam fuisse a Christi sanguine nutrimentali. habent igitur hoc eorum argumentum ita soluere. sicut et nos propterea respondemus. quod beneficium unionis sanguini concessum hoc fuit quod si deitas uniretur cum actu esset in Christi corpore: quia non fuit de assumptis sed de coassumptis hoc autem beneficium non solum semper mansit sed semper manebit: nunquamque fuit reuocatum neque aliquando reuocabitur et sic argumentum nullum.

Formant ulterius quandam rationem talem. Ex obedientia inquit sustinuit Christus mortem sanguinis effusionem Iohannis decimo. Hoc mandatum accepi

a patre meo ut animam meam ponam etc. Non fuit autem conueniens. ut Christus aut sanguis ipse. suam perderet dignitatem. per hoc quod patri obediret. ac sanguis eius e corpore efflueret. **A**d quos dicimus quod ratio ista si bene aduertant induci potest contra opinionem eorum de sanguine nutrimentali. propterea respondemus. quod sanguis ex tali obedientia nullam sui perdit dignitatem eo quod cum fuerit de coassumptis. dignitas eius fuit ut quamdiu actu existeret in Christi corpore deitati iungeretur. dignitatem autem hanc nunquam perdidit neque perdet. **I**nsurgunt item predicti contra conclusionem principalem nostram medio tali. Si sanguis Christi a corpore eius diuisus non fuisset uerbo conuinctus. tunc sanguis huiusmodi pro tunc propriam habuisset hypostasim. et ita non semper uerbi diuini hypostasi fuisset sustentatus. contra Damascenum libro tertio capitulo uicesimo octavo. dicentem quod semper fuit una uerbi hypostasis omnium assumptorum. **A**d quos respondemus. admittendo tanquam quoddam necessarium quod si sanguis talis a corpore separatus propriam habuerit hypostasim siue proprium suppositum. **A**d Damascenum uero dicimus quod dictum suum ipse sic intellexit quod omnia uidelicet a uerbo assumpta ex principio ab eodem uerbo substantiam habuerunt in morte uero partes essentielles humanitatis Christi et si una fuerit ab alia separata. ambe tamen suppositate sunt in uerbi hypostasi. Hec omnia dicit Damascenus in auctoritate illa sua: quam aduersarii tuum catam adduxerunt. que incipit. Corpus enim et anima

ex principio etc. In qua Damascenus solum mentio-
nem facit de partibus essentialibus humanitatis: eo
nō de coassumptis cuiusmodi fuit sanguis. **N**utrimē
insuper aduersari nos tali argumento impugnat:
Nullus sapiens ut dicunt debet instituere ad signi-
ficandum aliquid perpetuo inutile. sed sanguis xpi
si in mortis eius triduo fuisset separatus a diuinitate
redditus ex hoc fuisset perpetuo inutilis: igitur non
debut institui sacramentum sanguinis: quod ideo in-
stitutum est ut sanguinem illum effusum significaret.
Ad quod argumentū dicimus q̄ sanguis ille utilis
erat: tum quia reassumendus erat ad Christi corporis
decorem: tum quia representabat acerbā xpi mortē
et passionem in qua vitam propriam pro humano ge-
nere redimendo non dubitauit exhibere. Et quia
sanguinis sacramētum fuit institutum ut esset memo-
riale illius passionis. ideo sacramentum tale significat
sanguinem illum effusum ac Christi mortem ad talē
effusionem subsequutam et ita non conuincit eorū
argumentum. **H**ęc autem responsio nostra roboratur
ex dicto Boneuenture qui in suo quarto senten-
tiarum libro & distinctione undecima. respondēs ad
argumentum quoddam sic inquit. Ad illud quod ob-
icitur. que necessitas est quare oporteat sanguinem
significari: dicendum est q̄ hoc est tum propter passi-
onem: tum propter anime redemptionem: anima enī
cum sit spiritualis: non potuit in se significari. sed in
annexo. utputa in sanguine in quo est sedes anime.
non quia in solo sanguine. sed quia anima rationalis

nititur mediante potentia sentiendi et illa mediante
potentia uegetandi et illa cum habeat tres uirtutes
Prima et fundamentum omnium est nutritua: nutri-
mentum autem est sanguis uel aliquid loco eius. hec
ille. Placuit igitur p̄dicto doctori ut ex uerbis eius
recitatis apparet. q̄ sanguis Christi significatur prop-
ter passionem qua. s. per sanguinē Christi passio in-
telligitur. **A**pparet etiā q̄ sicut per sanguinē passio
intelligitur. sic et anima per eundem innuitur tanq̄
per sibi connexum. Idem de uita dicere possemus: q̄
sanguine conseruatur. **A**pparet etiam. qualiter in-
telligendum sit commune illud dictum. Sanguis est
sedes anime. non quidem quia sit actu animatus. sed
quia tanquam nutrimentum necessario exigitur ad
hoc ut anima extenso tempore in corpore p̄maneat
et perseueret. **A**dducunt ulterius contra p̄dicti-
palem nostram conclusionem tale medium. Fuit enī
passionis Christi et sanguis eius effusionis. ac mortis
erat salus humana iuxta illud. Dedi te in lucē gentiū
ut sis salus mea etc. Separatio uero deitatis a Christi
sanguine ad salutem humani generis minime perti-
nebat: igitur nec est ponenda. Ad quod argumētū
dicimus. q̄ nō ideo facta est separatio illa diuinitatis
a sanguine effuso quia aliquo modo conduceret saluti
generis humani. sed ex eo q̄ sanguis Christi nō fuit
uere et principaliter assumptus sed coassumptus. et
ut in Christi corpore actu existens uerbo unitus et
quia effusus in Christi corpore actu nō p̄manebat:
Idcirco fuit merito a uerbo separatus. **A**dducunt

ulterius aduersari in opinione contra sepe dictam conclusionem illud psalmi. Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Cū ergo Christi sanguis effusus ab eius corpore separatus sacer merito diceretur: igitur corrupendus non erat quod profecto. ex alio non procedebat quā ratione hypostatice unionis cum dei uerbo. Igitur a deitate non erat separatus. ¶ Af-ferunt etiam in medium id aliud psalmi. Que utilitas in sanguine meo si descendero in corruptionem talis ergo sanguis ut dicunt hac auctoritate deuncti. non erat corruptioni subiectus: igitur deitati coniunctus. cū huius non uideatur posse ratio alia assignari. Ad primam auctoritatem respondemus prophetam per sanctum corpus Christi intellexisse ut ex glosa Augustini colligere possumus qui dictum illud sic exponit: Non dabis sanctum. i. corpus meum a te sanctificatum. uidere corruptionem. i. putrefactionem hec ille. Illud autem non procedebat nisi ex unione deitatis cum corpore Christi sanctificato. Sanguis tamen effusus et si sacer nominaretur non tamen ex hoc dictus est sacer quia ei deitas actu uniretur. sed solum quia sibi coniuncta fuit dum actu in Christi corpore existebat quod sanguis quia resurrectionis tempore erat reassumendus: a deo dum erat a corpore separatus alienus a corruptione miraculose seruabatur et si deitas pro tunc ei actu non coniungeretur. ¶ Ad aliam auctoritatem dicimus prophetam in dicto suo illo per sanguinem Christi mortem intellexisse quasi uoluerit dicere in persona Christi loquens iuxta expositionem

aurelii Augustini. Nulla erit in morte mea utilitas si non resurrexero corruptum: fuerit corpus meum putredine nemini annuntiabo: neminem lucrabor et ita pibit confessio. hec Augustinus. ex quibus apparet argumentum aduersariorum non conuincere. ¶ Arguunt insuper contra conclusionem tali argumento. Excellentia namque unionis diuini uerbi cum humana natura: fuit tanta et adeo singularis quod hoc miraculum semel dum taxat factum est. Eodem modo posset dici ut aiunt debet dici de unione uerbi facta cum sanguine: igitur sanguis non fuit uerbo reunitus. quod tamen oporteret dicere si deitas ab eo effuso et reassumendo fuisset separata. ¶ Ad quod respondemus quod similis difficultas fieri posset de humanitate Christi. primo diuino uerbo unita et deinde in morte diuisa. postremo uero in Christi resurrectione reassumpta. propterea respondemus eis quod tale miraculum semel tantum factum est sic intelligendo quia. scilicet post nunquam fuit alia natura neque humana neque alia aliqua diuersa et distincta a prima natura assumpta uerbo hypostatice unita: cum quo tamen stat quod illam eandem numero naturam quam uerbum primo sibi unierat. potuerit iterum sibi unire. et unione eadem qua primo eam sibi unierat et hoc miraculose. Simili modo dicendum est de sanguine. ¶ Instant ulterius contra sepe dictam conclusionem sic Ambrosius namque in libro de sacramentis. ait quod a Christi latere fluxit aqua et sanguis: aqua ut emundaret: sanguis ut redieret quod profecto non potuisset efficere nisi ratione unionis cum deitate. igitur etc. ¶ Ad

quos dicimus uerba Ambrosii esse intelligenda. & exponenda prout uerba Augustini. supius posita intellecta fuere et declarata uidelicet. q̄ sanguis significabat sacramentum redemptionis. quod est eucharistie sacramentū aqua uero sacramentum baptismi quo muniti a peccato mundantur & hic sensus habetur ut superius fuit declaratū extra de celebratione missarum capitulo in quadam. Sermones namq; autē tici ut sapientes dicunt. sumendi sunt et intelligendi in sensu in quo fiūt et non in sensu quem sonāt seu fatiunt et in eodē supradicto sensu. accipienda sunt ea que traduntur extra: de summa trinitate et fide catholica ubi hec habentur. Perforari lancea latus suum sustinuit. ut exinde fluentibus undis aque et sanguinis formaretur unica et immaculata uirgo ecclesia sibi coniunx etc. Que dicta sunt ppter sacramenta: per talia fluentia significata. quibus quidem sacramentis uniantur fideles. ac in una fide sancta aggregantur. ¶ Arguit insuper quidam: et profecto satis passionate. dicēs q̄ hec nostra conclusio uidet̄ periculosa quia periculum est ne inferat̄ ex hoc blasfemia in Christi humanitatem separando deitatem ab eis a quibus minime est separanda utputa a sanguine a Christi corpore seiuncto. ¶ Ad quem dicimus q̄ potius sua opinio infert hoc periculū cum uelit plus dignificare sanguinem a Christi corpore separatū q̄ Christi humanitatem cuius unio cum uerbo fuit aliquando interrupta in mortis. s. triduo. ¶ Insup cū homo iste uehit talem sanguinē qui nunq̄ fuit aiatus

neq; uiuens et per consequens. neq; uere assumptus equaliter dignificare cum corpore et anima Christi. que fuerunt uere et principaliter assumpta infert nō paruam blasphemiam in talem sanguinem separatū. sibi attribuendo quod non debet. Infert etiā blasphemiam magnam in corpus et animā Christi auferendo ab eis illud quod merito ipsis conuenit utputa q̄ in unione illa bypostatica cum diuino uerbo sint principaliora et excellentiora ipso sanguine. Subiungit insuper homo ille q̄ conclusio hec nostra est ualde scandalosa. cum laici mirentur de hac curiosa inquisitione q̄ magis dissipat q̄ edificet. ¶ Ad quē dicimus q̄ non possumus. non admirari de eo. cum dicat conclusionem hanc scandalosam. que iam diu per orbē uniuersum fuit per clarissimos p̄dicatores & sanctos publice predicata sicut forte. per sanctum Bernardinum et per q̄mplures alios: que fuit etiā per eximios theologos disputata et determinata ac per uniuersitatem parisiensem approbata. et nunq̄ fuit causa scandali sed magis edificationis. ¶ Dicit insup iste q̄ hec conclusio nostra. est suspecta de auaritia et questu. ¶ Ad quem sic nos iniuste calumniantem non respondebimus iuxta eius animi morbū. imitati dictum p̄phete Isaiē dicentis. Quiescite a uiro. cuius spiritus ē in naribus eius. sequuti insup sapiētis doctrinam: qui inquit: Verbū humile frangit iram. Indulgeat ergo huic homini. sic proximos suos calūniati. misericors et piissimus deus: ei q̄ concedat suū reatū cognoscere et confiteri: eidem deniq; uirtutes illas

infundat quibus ornant eos doctores. qui talem cō-
clusionem suis in scriptis reliquere : cui consulimus
ut mēte reuoluat mala que sepe numero deus intulit
his qui prophetas suos et predicatores persequuti
et calumniati sunt. et pro hac sua falsa calumnia agat
penitētiā. **I**nsuper arguit homo iste ponēdo certū
casum. supponēdo. s. q. xpi resurrectio fuisset usq. ad
diem iuditi dilata. tunc Christus ut dicit mentitus
fuisset Mathei ultimo cum dixit uobiscum sum usq.
ad consumationem seculi quod intelligitur sacramē-
taliter quia ex quo sanguis erat effusus a deitateq. se-
paratus. per cōclusionem tunc sacramentū sanguis
non fuisset uerum et perfectum sacramentum. **A**d
quem respondemus ponendo sibi alium casum sup-
ponendo. s. q. a tempe institutionis huius sacramēti
usq. ad mundi terminū nullus Christi corpus et sang-
uinem consecrasset. tunc Christus dicendo uobiscū
sum etcet. quod dictum ut patuit intelligitur. scdm
esse sacramentale mentitus fuisset. casus enim noster
non magis uidetur impossibilis. q. suus: igitur si suus
possibilitatem aliquam habet. sic et noster. habebit
ergo et ipse respondere ad nostrum. quemadmodū
uult ut respondemus ad suum. et solutionem quam
dabit ad nostrum. dabimus ad suum. Ideo dicimus
q. stante illo dicto Christi impossibile erat resurrecti-
onem ipsius differri usq. ad seculi consumationem
sicut nec casus noster est possibilis. stante illa Christi
promissione. **A**rguit ulterius alio quodā. & quidē
difficili argumento. aduersus principalem nostram

cōclusionem. quoniam si Petrus iam sacerdos a xpo
institutus. Christi sanguinē in mortis eius triduo cō-
secrasset. tunc in calice ille idem sanguis extrisset q.
tunc erat effusus. Sed constat q. ei existenti in ca-
lice. deitas unita fuisset: igitur et ab eodem effuso
non erat separata. Quod confirmatur quia Petrus
in talis sanguinis consecratione. fuisset usus uerborū
forma quam Christus instituit ad sanguinem conse-
crandum dicendo. Hic est calix sanguis mei: igitur
sanguis ille fuisset Christi: ergo et diuinitati cōiūc-
tus. **A**d quos respondemus dupliciter. Primo se-
quendo quādam glosam. in capitulo Timorem docet
de consecratione distinctione secūda et ē glosa. sup
uerbo illo. Hoc est corpus meum in qua hec uerba
habentur. Solet queri. quid demonstratur per hoc
pronomen hoc aut panis: aut corpus. panis non.
quia ille non est corpus Christi. Item nec corpus. q.
non uidetur. q. ante totius forme prolationem fiat
transubstantiatio. **A**d hoc dico q. per hanc dictio-
nem hoc. nihil demonstratur. nam ipsa materialiter
ponitur ibi. Secundum quero qualiter per dic-
tionem nihil significantem fiat trāsubstantiatio. Itē
dominus utebatur significatiue uoce illa. et nos uti-
mur materialiter. Igitur nō facimus ea que ipse fecit
Ad hoc dico q. ea uis data ē ipsis uerbis. q. ad eorū
prolationem fiat transubstantiatio. Ideo sacerdos ea
non profert significatiue quia nunc non posset ea
uere proferre. Mentiretur enim si diceret. hoc est
corpus meum. **I**tem quid si q. protulisset hec post

mortem Christi ante resurrectionem, conficeret ne uideatur quod non, quia corpus Christi tunc erat mortuum. Igitur si transsubstantiatio tunc facta fuisset transisset tunc in corpus mortuum et inanimatum, et sic inutiliter sumeretur, quo modo enim uiuificaret uel conferret corpus mortuum, nemo igitur ante resurrectionem potuit conficere, sic enim a Christo data est forma, ut tantum post resurrectionem hoc fieret propter illud. Hoc facite in meam commemorationem. Ideo non cantatur missa in illo triduo, hec omnia glossator. Ex quibus apparet responsio prima ad eorum argumentum paulo ante factum, que est negando assumptum per eos quod scilicet Petrus in Christi mortis triduo consecrare potuerit. Secundo ad idem respondere possumus iuxta theologorum fundamenta dicentium: Petrum in triduo illo potuisse consecrare, quo statim ulterius dicimus quod tunc sanguinem consecrasset eo modo quo tunc erat, pariformiter et corpus, & quia tunc erat sanguis a corpore simul et deitate separatus. Ideo fuisset in calice tunc sanguis ille, sine corpore & sine diuinitate, corpus autem in hostia absque sanguine et anima tamen cum diuinitate, hec responsio nostra satis clare colligitur, ex his que tradit doctor solennis Henricus de gandauo quolibeto suo secundo et articulo tertio, ubi hec ait, quod scilicet in sacramento est aliquid, ex ui consecrationis principaliter: aliqua uero ex concomitantia ad illud, primo modo in sacramento est caro siue Christi corpus, et quod pertinet ad eius essentiam siue substantiam. Secundo modo sunt ibi accidentia &

dimensiones eius et anima rationalis, et diuinitas eius nunc autem inter hec id solum dicitur consecrari, quod ui consecrationis est uel fit in sacramento, hoc autem est ipsum corpus solum secundum modum quod habet esse in rerum natura. Quia igitur corpus Christi in illo triduo fuit uere mortuum solum fuisset consecratum Christi corpus mortuum: Sed nunc ipso uiuente consecratur Christi corpus uiuum, hec doctor ille. Ex quibus etiam apparet sic esse dicendum de sanguine et ita nostra secunda responsio uera fuit. Que etiam confirmatur ex sancto Thoma qui parte tertia, questione octuagesima prima, articulo quarto in responsione ad secundum argumentum & in summa contra gentiles, capitulo sexagesimo quarto, ita inquit quod si tempore passionis Christi, quando realiter sanguis fuit separatus a corpore, fuisset hoc sacramentum celebratum: fuisset sub speciebus panis, corpus sine sanguine, & sub speciebus uini sanguis sine corpore, sicut erat in ueritate. Quod iterum confirmatur ex beato Bonauentura Cardinali distinctione undecima sui quarti ubi ait, Verba sacramentalia ordinata sunt ad conuertendum, panem in corpus, quale erat in statu prolationis nec uirtute uerborum est ibi anima sed propter conuersionem & quia in triduo conuicta non erat, ideo fuisset corpus mortuum, hec ille, & sic dicendum est de sanguine. Ex quibus omnibus uidetur dicendum quod si in triduo, consecratio facta fuisset, tunc corpus, ut realiter erat, fuisset consecratum, uidelicet sine anima & sanguine, sed cum deitate fuissetque

adorandum adoratione latræ. sanguis uero fuisse in calice consecratus. sine corpore ac deitate. neq; adorandus fuisse latræ sed precise dulcia maiori. Et ad confirmationem que fiebat dicimus q; Petrus p uerba illa. Hic est sanguis meus et cõsecrasset. que uerba nõ sunt p̄cise significatiua. sed diuina uirtute opatiua cum per ea a sacerdote habente intentionem debitã prolata. trãssubstãtiatio uini fiat in sanguinẽ sumptũ scdm modũ quo habet esse in rerũ natura: plationis eorundẽ uerborũ tempe. nec uerborum taliũ uirtute est ibi corpus aut anima seu deitas. Et cum arguis in uerbis nanq; illis. dicitur meus: igitur sanguis ille in triduo consecratus. fuisse xp̄i. ergo et deitati coniunctus. Respõdemus ad hoc. q; cum uerba illa a xp̄o proferebantur indicatiue & significatiue exprimebantur siue accipiebãt. significabãt aut xp̄i sanguinem effundẽdũ. quia pro tũc effundẽdus erat. propterea dicebat meus et effundẽt. Cũ aut uerba ista a nobis proferuntur. et si sumenda sint indicatiue. et significatiue tenentur tamẽ recitatiue. recitamus nanq; ea ueluti uerba aliquando a Christo prolata. in cuius persona illa proferimus. Inducunt igitur siue significant cum a nobis proferuntur id quod significabãt. dum a Christo proferebantur. quemadmodum si in p̄sona Ade recitarem ea uerba. que dixit uidelicet: Hoc nunc os ex ossibus meis: et caro ex carne mea. hec uerba indicarent seu significarent id solum quod significabant seu indicabant cum ab Adam proferebantur. Verba ergo illa sacramentalia. si in Christi

mortis triduo a Petro prolata fuisse. uirtute diuina fuissent operata ad conuertendũ uinum in Christi sanguinem. talem qualis erat tempore prolationis eorundem. & quia tunc. nõ fuisse actu sanguis Christi cum esset sparsus super terram. nec coniunctus diuinitati. ideo in calice non fuisse sanguis Christi. seu actu in corpore Christi neq; coniunctus diuinitati. Et cum Petrus dixisset in triduo mortis consecrãdo. Hic est sanguis meus. quia uerba talia. recitasset in Christi persona: idcirco solum significasset. seu indicasset id quod indicabant et significabant diuinitati a Christo proferebantur. ut puta sanguinem eius in suo corpore actu existentem: effundendumq; in remissionem peccatorum. et non significasset seu indicasset sanguinem illum consecratum et effusum: aut actu a xp̄i corpore separatũ diuina: tamen uirtute fuissent operata ut uinum conuerteretur in sanguinẽ talem ut dictum est. qualis erat eorum prolationis tempore. et ita confirmatio illa nil operatur contra nos. Sed contra istam responsionem nostram ementur multe difficultates. quarũ prima hec est. Quomam a theologis communiter habetur. et dicitur q; uerba sacramentalia efficiunt quod figurant. Sed cũ dicitur hic est sanguis meus uerba ista ut fuit dictũ si fuissent a Petro recitata. in illo Christi mortis triduo figurabãt. siue significabant sanguinem Christi unitum corpori ipsius. simul et deitati. Igitur in illo triduo mortis fuisset facta cõsecratio sanguinis uniti deitati et Christi corpori. cuius oppositum dicebat:

¶ Ad quam difficultatem respondemus. q̄ per idē
probari posset. q̄ sanguis qui nunc consecratur. esset
effundendus in remissionem peccatorum. quia cum
uerba consecrationis sanguinis proferebantur a xp̄o
in eis dicebatur pro uobis et multis effundet. esset
insuper sanguis talis. in corpore mortali & passibili cū
uerba illa dum a Christo dicerentur significarēt san-
guinem in eius corpore existentem. tali quale ī cena
dedit discipulis. Constat autem. q̄ pro tunc erat mor-
tale et passibile. ut ait magister sententiarū in quarto
distinctione undecima. Corpus inquit tale dedit q̄le
tunc habuit. i. mortale et passibile. nūc uero sumitur
a nobis īmortale et impassibile. nec tamē habet maio-
rem efficaciam. hec ille. **¶** Idcirco respondendo dici-
mus primo illud commune dictum. uerba sacramē-
talia efficiunt quod figurant. non esse sic intelligēdū
q̄ talia. s. uerba in se habeant. seu contineāt. aliquam
uirtutem realem et positiuam. per quam dicantur
esse realis causa eius quod figurāt. sed eorū causatio
sumenda est iuxta illum modum. secundum quem ī
politicis accipi consuevit. ubi tota causatio sumitur.
secundum rationem et uoluntatē statuentis ut gr̄a
exempli. Papa statuit q̄ nauigans ad Alexandriam
maiores excommunicationem incurrat. Mercator
quidam ad Alexandriam nauigando proficiscitur. ex-
communicaturq̄ nauigatio nāq̄ illa. est talis excom-
municationis causa. non quidem realis per aliquam.
s. realem uirtutem eidem a Papa impressam. sed est
causa solum rationis ob uoluntatem Pape a qua lex.

illa emanauit. a quaq̄ legis illius transgressores excō-
municantur. sic est in proposito nostro. diuina enim
uoluntas statuit ut q̄ primum ab idoneo ministro cū
ceteris requisitis uerba sacramētalia proferuntur id
efficere quod per ea principaliter figuratur ex signi-
ficatur non quidem. secundū omne esse. quod id tale
significatum habebat. cum a Christo uerba ipsa pro-
ferebantur. sed solum secundum id esse quod habet
tempore prolationis eorundem. Et quia primum et
principale significatum per uerba cōsecrationis cor-
poris est Christi corpus. Ideo efficiūt. eo modo quo
dictum est ipsum Christi corpus tale quale est in tē-
pore prolationis eorum. similiter quia uerba conse-
crationis sanguinis p̄cipaliter sanguinem significāt
idcirco. cū a sacerdote idoneo recitantur. cū ceteris
requisitis. efficiūt sanguinem modo predicto talem.
qualis est in tempore prolationis iporum uerborum
et per hec patet solutio. **¶** Secunda difficultas occur-
rit talis: Signum enim non uidetur esse perfectius
signato siue significato. sed sanguis sacramētalis fert̄
esse signum sanguinis illius effusi. quia eiusdem com-
memoratio. Igitur non est perfectior illo. cuius tamē
oppositum esset dicendum esto. q̄ in mortis illo tri-
duo sanguis effusus. fuisset a deitate separatus. cum
sanguis in sacramēto sit deitati cōiunctus ut cōstat
¶ Ad hoc respondemus. q̄ si assumptū esset uniuersaliter
uerum. sequeretur q̄ Christi corpus uerum
nō esset perfectius corpe Christi mystico: quia iuxta
magistrum sententiarum in suo quarto libro. Christi

corpus uerum est signum corporis Christi mystici. Idcirco dicimus quod id quod est signum tantum alicuius est minus perfectum signato. sed illud quod non est tantum signum. sed cum hoc est ueritas signati. stat quod sit signato perfectius. Modo dicimus in proposito quod sanguis in sacramento non tantum est signum sanguinis qui fuit effusus. sed etiam est ueritas eiusdem cum sit ille idem sanguis habens tamen aliud quoddam esse. **A**lia difficultas occurrit talis. quoniam data opinione nostra sequeretur. quod si in triduo mortis facta fuisset consecratio sanguinis: Sacramentum id sanguinis non fuisset excelens ratione contenti. cum tantum sanguinem absque deitate continuisset. sequeretur quoque quod sacramentum illud fuisset incompletum. ex quo ibi non fuisset deitas. **A**d quod respondemus quod sacramentum tale fuisse aut esse incompletum. tribus modis potest intelligi. aut quantum ad significationem: aut quo ad efficaciam: aut quantum ad continentiam. Dicimus igitur quod dato illo casu. sacramentum illud completum fuisset quantum ad significationem. Species namque unni complete sanctificassent sanguinem cuius in sacramento sunt significatiue. fuisset tamen incompletum quo ad efficaciam. quia deitas sanguini tali non fuisset coniuncta. Loquendo tamen de christi corpore si in illo triduo consecratum fuisset. sacramentum illud iuxta dominum Bonauenturam in quarto completum fuisset. et quo ad significationem. et quantum ad efficaciam propter coniunctionem corporis cum diuinitate. **S**i uero loquamur de esse completo quantum ad continentiam dicimus quod casu illo dato neutrum sacramentorum in illo

mortis triduo fuisset completum. quia in neutro eorum fuisset contenta anima. similiter nec in sacramento sanguinis. corpus et deitas contenta fuissent. quod quidem non prouenisset ex defectu uirtutis uerborum que. si tunc forent aut fuissent minoris uirtutis. quam nunc. sed magis id accidisset propter alium statum siue aliud esse corporis et sanguinis christi et ita nullum inconueniens esset illo casu dato quod istud sacramentum esset aliquo modo incompletum non habens illam excellentiam. que eidem conuenit ratione contenti dum habet esse completum. **E**t si contra nos allegaretur Christi dictum. caro mea uere est cibus. & sanguis meus uere est potus. ex quibus uerbis eliciunt theologum. carnem esse uiuificatiuam ratione deitatis coniuncte. similiter & sanguinem. **D**icimus quod uerba ista uera sunt pro ut talia sacramenta habent esse completum. quantum ad efficaciam. siue continentiam quod esse. non habuisset sacramentum sanguinis. in Christi mortis triduo. ut dicebatur superius. **A**lia difficultas occurrit talis. quoniam ex dictis. sequeretur quod forma sacramenti sanguinis. qua utimur esset uaria a forma eiusdem sacramenti. qua usus fuit Christus in consecrando & hoc quantum ad illam habitudinem seu significationem. que importatur. per hoc pronomen meus. Nam quando christus dixit. Hic est sanguis meus. pro li meus. intelligebatur uel mihi unitus uel qui est actus meus. Si autem in mortis triduo. sacramentum illud fuisset consecratum. oportuisset exponere li meus. quod fuit meus & sic fuisset uariatio. **A**d quod respondemus. quod hoc argumentum. ita concludit contra

eos sicut cōtra nos. Quoniam dū xp̄s cōsecrauit. dixit
qui pro uobis effundet. per q̄d innuebat q̄ sanguis
ille. erat effundēdus. nos autē dū cōsecramus. cū talis
sanguis. nō sit āplius effūdēdus. sed fuerit effusus &
reassumptus. oporteret ut exponeremus. si effunden-
dus. quo terminō utimur in uerbis cōsecrationis hoc
mō uidelicet: q̄ fuit effusus & sic forma. q̄ utimur in
cōsecrādo sāguinē. quātū ad significationē. eēt uaria
ab ea. q̄ usus ē xp̄s: p̄pterea respōdemus q̄ eadē est
forma. quantū ad uerba & quātū ad significationē. Et
quēadmodū uerba illa cū proferebant a xp̄o. signifi-
cabāt eius sanguinē. ī suo corpe existentē & effundē-
dū. ita si fuissent in illo triduo a sacerdote. plata. illud
idem significassent quēadmodū & nunc cum a sacer-
dote recitant. illud idē significāt ut sup̄ius dictū est.
¶ Ad q̄d tamē nō sequit. q̄ si cū a xp̄o proferebant.
sanguis ille erat in xp̄i corpore. & effundēdus ita &
in illo mortis triduo. si fuissent recitata a sacerdote.
sanguis tale esse habuisset. similiter nec nūc dū a sa-
cerdote proferunt. & huius ratio ē. q̄a & si huiusmōi
uerba. a sacerdote prolata teneant recitatiue. & p̄ cō-
sequens. illud idem significēt. q̄d significabāt dum a
xp̄o fuerūt prolata uirtute tamē diuina operantē solū
ad cōuertēdū uinū ī xp̄i sanguinē talē seu tale eē ha-
bētē quale habet. tēpe p̄latiois eorundē ut superius
dicebat. ex q̄bus appet q̄ difficultas adducta. nulla
fuit. ¶ Adducūt itē talem difficultatem. Si sanguis
effusus non fuisset diuītati coniunctus tunc non fu-
isset uere potus cū id ei nō cōueniat nisi rōe deitatis

¶ Ad quod respondemus. q̄ dū christus. dixit eius
sanguinem. esse uere potum. nō loquutus est. de suo
sanguine. accepto secundū illud esse. quod habebat
dum erat sparsus in terra. Sed accepit sanguinem.
secundum esse sacramētale & prout tale sacramētū.
habet esse perfectum. non solum quantum ad signi-
ficationē. sed etiā quantū ad efficacitā & cōtinētiam.
secundū quod esse unitur deitati. ¶ Aliā difficultatē
adducit quidam talē. Sacramētum inquit eucharistie
fuit a xp̄o institutum. in memoriā sue passionis. sed
passio in sanguine magis exprimit. q̄ in corpore. Igit̄
cum deitas fuerit semper coniuncta corpori sequit̄
q̄ & sanguini multo magis. ¶ Respondetur negando
argumentum. antecedens enim est uerū & cōsequēs
falsum. que consequentia aliquē forte colorē posset
habere. si uirtute uerborum sacramētalium. tā corpi
q̄ sanguini diuinitas uniretur. quod nullo modo est
dicēdū. ut ex declaratis satis liquet. ¶ Adducit ulterius
idem. talē difficultatem. ecclesia namq̄ ut ait die
sabbati sancta. cōsecrat in utraq̄ sp̄etie & tūc repre-
sentat christi requiem in sepulchro. a cuius corpore
tunc erat sanguis separatus. ergo quemadmodum
sanguis in sacramēto sanguinem illū effusum repre-
sentans. ē deitati cōiunctus. sic et eidem ille effusus
uniebatur. ¶ Ad quam difficultatē dicimus negādo
assumptū immo ut ait Bonauētura in suo quarto. dis-
tinctione tertiadecima & ī dubitationibus circa Irām
ecclesia die illa christi resurrectionē representat: q̄d
certe ex alio euidenter apparet: quoniam die illa missa

cantatur in qua fit mentio specialis de saluatoris nri resurrectione. in collecta namq dicitur. Deus qui hac sacratissimā noctē gloria dominice resurrectionis illustras et cetera. Epistola autem est Pauli: Si surrexistis cum christo et cetera. Euangelium uero est Mathei. Vespere autem sabbati. Que omnia sonant redemptoris nostri gloriosam resurrectionē. Occurrit ulterius. alia quedam difficultas. satis apprens. posito namq q in mortis triduo. ut satis possibile fuit. aliqua sanguinis particula in christi corpore remansisset. sequeretur p iā dicta. q illa fuisset deitati coniuncta & latria per consequens adoranda. ergo si Petrus in triduo consecrasset sanguinem. ille quidē fuisset. diuinitati cōiunctus & latria adorādus. cuius oppositū superius dicebatur. **R**espōdemus ad hanc difficultatē. q quemadmodum. deitas unī corpori Christi & ratione ipsius eius partibus principalibus. & ratione earū suis partibus minus principalibus. ita q unione deitatis cessante respectu totius corporis cessasset & respectu omnium suarū partium similiter eadem unione cessante respectu partium magis principalium eiusdē cessasset & respectu suarū partium minus principalium. sic etiam de sanguine. dicendum est q deitas unitur partibus ipsius potioribus seu maioribus & principalioribus. & ratione earū unitur partibus minoribus. seu minus principalibus. ita q cessante unione diuinitatis. respectu principalium partium ipsius sanguis. deficeret siue defecit unio eiusdē deitatis respectu partium minus principalium. & quia in mortis

triduo erant sparso et effuse seu a Christi corpore separate potiores partes sanguinis. et per consequentia a deitate separate: igitur et particula illa sanguinis si aliqua talis ut fuit in casu positum. remansisset in Christi corpore a deitate separata fuisset. eo quia de partibus minus principalibus et minoribus extraxisset et sic non fuisset latria adoranda. sicut nec sanguis ille sparsus. **E**t si adhuc instaretur. esto q Petrus in mortis triduo sanguinem consecrasset. cum per iam dicta virtute uerborū fiat cōuersio uani in sanguinē. talē seu taliter se habentem. qualiter se habet temporationis et cum tpe talis plationis. ita superiori casu aliqua sanguinis particula esset in christi corpore. alie uero extra corpus. tunc in sacramento illo fuisset pars aliqua sanguinis cum corpore. et per consequens fuisset ibi corpus. ratione cuius sacramento illi. exhibenda fuisset latrie adoratio. cuius oppositum superius dicebatur. **A**d quam instantiam respondemus. q cū a pluri ut uolunt philosophi denominatio fieri debeat. non est dicendum sanguinem coniungi corpori nisi maior pars ipsius aut equalis fuerit in corpore. quoniam ut dictum est. unio et coniunctio est ratione plurium & principaliorum & quia in triduo mortis. maior quantitas sanguinis erat extra corpus: quia in casu positum fuit. q in corpore remanserit aliqua particula. idcirco. non erat proprie dicendum. q corpus illud esset cum sanguine. sed magis nominandū erat exanguē. eapropter si in triduo illo Petrus consecrasset. dicimus q in sacramento. totus ille sanguis

fuiſſet qui in reſurrectione reſſumendus erat. neq̄
fuiſſet ibi Chriſti corpus. quia ſanguis ob illam parti-
culam corpori unitam. non dicebatur corpori uni-
tus. ¶ Et ſi ulterius quereretur. an particula illa in cor-
pore exiſtens. fuiſſet in ſacramento cum ſanguine illo
ſine corpore exiſtente. ¶ Reſpondemus ſaluo ſem-
per ſaniori iudicio: q̄ non. quia talis ſanguinis parti-
cula. non erat reſſumenda. fuiſſet autem in ſacramen-
to corporis: ſi pro tunc fuiſſet conſecratum. ¶ Sed
adhuc poſſet quis ſubtilius piſcando dubitare: talem
caſum adducendo: eſto q̄ medietas ſanguinis. in illo
mortis triduo. remanſiſſet in corpore. Chriſti et me-
dietas alia fuiſſet effuſa: a Chriſtiq̄ corpore ſeparata
et poſito q̄ Petrus in illo triduo. ſanguinem conſe-
craſſet. quid dicendum eſſet. utrum in ſacramēto illo
fuiſſet corpus cum medietate ſanguinis. ¶ Ad quod
dicimus ſaluo ſemper meliori iudicio. q̄ tunc fuiſſet
in calice corpus cum illa ſanguinis medietate corpori
coniuncta ſimul et deitati. fuiſſet inſuper ibidem me-
dietas alia eiſdem a corpore ſimul. et a diuinitate ſe-
parata: et ſic in calice aliquid fuiſſet latria adorandū
et aliquid non. nec hoc eſſet inconueniens. ſtante ca-
ſu. quemadmodum contingit. in conſecratione Gre-
corum. qui magnum panem accipientes. in medio ip-
ſius. figurant lineam circularem. habētq̄ intentionē
conſecrandi. partem illam intra circulum exiſtente
Conſtat autem. q̄ ſolum illa eſt conſecrata. et nō alia
et ſic ibi aliquid latria adoratur: et aliquid non: pari-

formiter ſi in ſacramento calicis. conſecratione facta
infunderetur uinum non conſecratum. ſimili modo
dicendum eſſet. ¶ Sed adhuc pro ampliori huius
materie declaratione. adducuntur aliquę difficulta-
tes: Prima quarum hec eſt. ¶ Dato q̄ in Chriſti mor-
tis triduo. Apoſtolus Petrus ſanguinem conſecraſ-
ſet. utrum ſanguis ille exiſtens in ſacramento. fuiſſet
diſcontinuus. quemadmodum erat in terra. in qua
pro tunc erat ſparſus. ¶ Ad quam reſpondemus.
ſaluo ſemper iudicio ſaniori. q̄ ſic cum tali modo
ſe haberet in terra. dicimus tamen. q̄ non fuiſſet
neceſſarium. ut partes ille diſcontinue. abinuicem in
ſacramento diſtaſſent. locali diſtantia. quemadmodū
diſtabant in terra. Quoniam ſicut in Chriſti corpore
exiſtente in ſacramento. eſt ſolum ordo partium. in
toto. et non ordo partium earundem in loco. cum
ſub qualibet particula hoſtie. quantūcūq̄ parua. ſit
totum xp̄i corpus. eo quia ſub quilibet tali. fuit ſubſtā-
tia panis. ita habemus dicere de ſanguine: caſu illo
dato in ſacramento exiſtente q̄ ſcilicet partes ipſius
non habuiſſent adinuicem ordinem in loco. idcirco.
totus ille ſanguis. in partibus diſcōtinuus. fuiſſet ſub
qualibet particula ſpetierum uini. et hoc miraculoſe
¶ Secunda difficultas occurrit talis. An ſanguis ille
ſparſus et diſcontinuus. exiſtens in terra in mortis
triduo: exiſtensq̄ diſcontinuus: in ſacramento modo
predicto eſſet ille met ſanguis numero. qui fuerat in
Chriſti corpore uiuo. ¶ Ad quam reſpōdemus ſaluo

saniori iudicio. quod ille sanguis idem numero erat. quam ad idem partem numeralem. partium eius. quia quacumque parte accepta. quantumcumque esset ab aliis discontinua. illa eadem numero erat que fuerat in Christi corpore. cum aliis partibus sanguinis continuata cum haberet eandem differentiam individualē et si non haberet eundem modum essendi. quia cum prius aliis partibus sanguinis. in Christi corpore existentibus continuabant. non per se et seorsum existebat. sed toti inexistebat. discontinuata uero per se et seorsum existebat. Si uero loquamur de idem partem numerali. totius illius sanguinis. qui erat in corpore. dicimus quod non fuit neque fuisse idem numero sanguinis. cum in corpore esset unus sanguis. unitate continentis. resultans ex partibus illis continuatis. que unitas cessauit. facta earum separatione abinuicem.

¶ Et si diceretur contra predicta probando quod partes ille sanguinis. a Christi corpore separate. non fuerunt eodem numero. que fuerunt in Christi corpore quia in corpore Christi suppositabantur. siue sustentabantur diuino supposito. separate uero suppositabantur supposito proprio. ¶ Ad hoc respondemus. quod prius natura. aliquid est indiuiduum. quam suppositum. ut satis liquet ex traditis in prima nostra ueritate. huius opusculi. et quia posteriora. non tollunt rationem priorum. seu priora. ideo diuersa suppositatio. siue sustentatio non auferebat a partibus illis propriam unitatem indiuidualem seu numeralem.

¶ Demum causa solati. propter eos qui imitantur doctrinam nostri doctoris Francisci de maioris: qui ultra omnes doctores opinatur. dicta ipsius intelligere. mouebimus unam talem difficultatem. presupponentes quoddam eius fundamentum quod ipse presupponit. in prima questione distinctionis prime. sua collatus. habet enim ibi talem propositionem. ¶ Quod quando aliqua uirtus datur ad intendendum actum. minus ratum est. deficere quam superabundare. timidus namque magis uituperatur quam audax. quia fortitudo que est uirtus media inter hec duo extrema. uirtiosa datur ad actus intentionem. Hoc inquam fundamentum est notissimum in morali philosophia instructis. et ex hoc concludit doctor ille contra quosdam. quod minus uirtutum est uti fruendis: quam frui utendis. ¶ Presupponimus secundo aliud quoddam. quod. si adoratio datur ad intendendum actum. cum enim simus difficiles ad exhibendum reuerentiam et honorem: his que uenerari debemus. datur ideo nobis uirtus adorationis: ut ea reddamus promptiores seu faciliores ad actum. ¶ Quibus sic statibus arguimus sic. Cum in mortis triduo non essemus certi neque firmi an deitas illi sanguini effuso uniretur. quia conclusio. talis est problematica ut patet ex diuersis opinionibus clarissimorum doctorum. Igitur tutius fuisse illum sanguinem adorare adoratione latrice quam dulie. quam si fuisse dulia adorandus: minus peccauissemus ipsum adorando latrice: quam adorando ipsum adoratione dulie. si fuisse latrice adorandus. ut ex fundamento illius doctoris adducto apparet. Cum autem in dubis tutius sit se exponere

minori piculo idcirco tutius fuisset sanguinem illum
latra adorare. q̄ dulia: & p̄ cōsequens. tenere ip̄m fu
isse tunc deitati cōiunctum. contra opinionē nr̄am
Responſionem ad hoc argumentum imp̄ntiarum
dimittemus p̄ribus & ſcolaribus. in doctrīa illius doc
toris exercitatus & nutritus poſſet tñ dici ſaluo iudi
cio meliori q̄ cū nō debeamus nos exponere. piculo
alicuius peccati ſanguis illę ſparſus in mortis triduo
adorandus erat. condicione appoſita. utputa. ſi eſt
tibi diuinitas coniuncta. te latra adoro. ſi uero non.
adoro te dulia. quemadmodum dicit dñs Bonauen
tura in ſuarū ſententiarū tertio libro. de diabolo ſe
transformate in angelum lucis & in formam Chriſti
crucifixi. quere ibi doctore illū. ſi cupis iſta habun
dātius intelligere: **A**dducūt deniq; nobis in op̄ioē
aduerſantes. contra principalem nr̄am cōcluſionem
ſententiā ſancti Thome. qui ſuo in quolibeto quinto
uiſus eſt oppoſitam concluſionem. aſſerere & etiam
in tertia parte. ſue ſumme. queſtione. lv. & in reſpon
ſione ad quoddā tertiū argumentū. in uſ nanc; locis
uiſus eſt iſ. doctor aſſirmare. ſanguinem. xp̄i effuſum.
unitū fuiſſe diuinitati. propter qđ ſacer uocatus eſt
iuxta illud. Quem ſacer cruor perunxit. ductus agni
corpore **A**d quos reſpondent aliqui: q̄ et ſi ſancti
Thome uita ab eccleſia. merito ſit approbata. nō tñ
eius doctrina. id circo non uerentur hanc ſuam ſen
tentiā nō acceptare. Nos uero. qui & eius ſanctitati
et doctrine nō paz; deferimus: aliter reſpōdebimus
q̄. ſ. ſermones huius ſancti: doctoris. quemadmodum

& ſermones ceteri autentici. nō ſunt intelligendi in
ſenſu quem fatiunt. ſed magis in ſenſu. in quo fiunt
In quo ſi uerba ſancti Thome accipiant. nō erūt pro
fecto contraria. noſtre determinationi. ſed magis ei
conſentanea qđ euidenter oſtendimus. ip̄e nāq; i quo
libeto illo ſuo quinto ait: Quod non totus ſanguis nu
trimentalis. qui. ſ. ex cibis generatur. pertinet ad ue
ritatē humane nature. & ſubiūgit: q̄ nihil prohibet
in xp̄o fuiſſe aliquem ſanguinem nutrimentalem. qui
ad ueritatem humane nature nō pertinebat. & quem
nō oportebat. ad corpus eius in reſurrectione redire
Ex quibus uerbis colligitur. q̄ aliquis ſanguis nutri
mentalis xp̄i effuſus. nō erat deitati unitus. quia non
erat de ueritate humane nature. cum nō eſſet ab ea
reaſſūptibilis. alius fuit ſanguis nutrimentalis ex cibis
. ſ. generatus effuſus. qui erat unitus diuinitati. eo
quia erat de ueritate humane nature: p̄pterea quia
ab ea reaſſumēdus erat. certū ē aut q̄ beatus Thomas
ut rationabiliter poſſumus imaginari. nō fuit locutus
de actuali unione. cū diuinitate. quia cū ſanguines
illi fuerūt oēs nutrimentales & generati ex cibis fuerūt
p̄conſequens: euſdem ſpeciei. tunc ſicut alter eorū
a corpore ſepatus. actu nō fuit diuinitati unitus: ita
nec alter dū fuit ſparſus: fuiſſet eidem actu cōiunctus
quia i his que ſunt euſdem rationis: eadem aut ſimi
lis ratio habēda eſt. ē tñ in hoc differentia: quia alter
eorū erat a xp̄o i eius reſurrectione. que de proximo
fieri debebat reaſſumendus. & per conſequens de
p̄tō deitati reaſſumendus. Alter uero q̄ reaſſumendus

non erat .deitati reuniendus non erat . Sanguis Igitur ille reassumendus . licet deitati . actu non uniretur . eidē tamen habitualiter . seu in potentia propinqua contūgebatur . & quia ex Aristotele secundo phisicorum Intellectus accipit rem . ex qua parum deficit . ac si nihil deficeret . Idcirco sanctus Thomas . dixit sanguinē illum deitati coniungi . qđ profecto . intelligi debet . habitu . seu in potentia propinqua . propter qđ sacer merito dictus est . habitualiter . s. & in potentia propinqua : q̄ non poterant conuenire alteri sanguini non reassumēdo ¶ Ex quibus sequit̄ dicere oportere ut uera pax . sit inter opiniones . inter q̄s . primo appebat contentio . seu discordia . que magis . erat uerborum quā animoz : queq; pax discipulorum corda debet custodire . & huic nostre responsioni fauere uidetur dñs Bonauētura sancto Thome cōtemporaneus eiq; suis in sententiis conformis dum in tertio suo sententiarum libro declarādo dictum Damasceni uidelicet Quod semel assumpsit nūq̄ dimisit dixit Damascenū intellexisse . de p̄cipuis nature . que prius fuerunt assumpta . cuiusmodi sunt . anima & caro . quantum uero ad coassumpta ueritatē non habet . bec ille . Cū Igitur . sanguis sit de coassumptis . ut ex intentione sancti Thome . superius fuit ostensum . concludēdū est . qđ a Christi corpore separatus . fuit a deitate actu diuisus . & si eidem habitualiter . & in potētia ppinq̄ . esset unitus ¶ Quod deniq; persuaderi posset . tali ratione . quia Christo mortuo . & humano genere iā Ex eius morte redempto . nō erat necessariū ut corpi

Christi . conūcto diuinitati . fierēt aliqua impropria seu uitupēda aut ignominia . cū talis xps sustinuerit ante mortem . ad genus humanū redimēdū . propter quod eo iam mortuo quia deitas corpori ipsius actu uniebatur tale corpus . fuit honorifice pertractatum milites enim cū uidissent eum iam mortuū . non fregerunt ei cruce . fuit insuper cū aromatibus conditū et honorifice traditū sepulture . iuxta illud prophete Et erit sepulchrū eius gloriosum . fuit etiā a corruptione preseruatū . iuxta illud . Non dabis sanctū tuū uidere corruptionē . que omnia facta fuere sacratissimō Christi corpore . ppter unionem illā sacratissimā deitatis anima quoq; eius sanctissima . ppter eandem unionē : qua deitati coniungebatur . Christo mortuo multis honoribus fuit decorata . descendit namq; ad inferna . et inde tremētibus inferni principibus aīas sanctorum patrū eduxit : iuxta illud . Attollite portas principes uestras et eleuamini porte eternaes et introibit rex glorie . dñs fortis et potens in prelio etc̄ . Nō ergo uidetur uersimile . qđ si sanguis ille effusus fuisset deitati conūctus . qđ deus ipm reliquisset . in tanto dedecore ac ignominia . ut traderetur iudeoz pedibus conculcandus . potissimū quia dedecus illud nil fuisset operatum ad salutem humani generis . ¶ Suasi ergo tali rōne . concludimus cum doctoribus nr̄is . qđ sanguis talis effusus . fuit actu a uerbo diuino separatus .

Octaua et ultima ueritas principalis huius nostri tractatus .

n) totū stud. 27

Unc superest ut afferamus octauam & ultimam principalem ueritatē. que hec est. **N**on fuit necessarium neq; congruū. ut totus Christi sanguis effusus. in passione ipsius. ab eo resurgente reassumeretur: que ueritas declaratur sic. Apostolus namq; ad Hbippenses tertio ait. Reformabit corpus humilitatis nostre. cōfiguratū corpori claritatis sue. ex quo dicto arguitur sic. Ita se habuit Christi sanguis in passione effusus. ad corpus eius in resurrectione. siue dū resurgeret: sicut se habebit sāguis noster ad corpus nostrum cum resurget per auctoritatē Pauli adductam. Sed dum resurgemus non erit necessarium q̄ totus sanguis noster reassumatur. siue resurgat per determinationem. fere omnium doctorum in quarto sententiarū. hanc materiam pertractantiū. Igitur necessarium non fuit ut totus Christi sanguis effusus. cum eius corpore resurgeret. rationes autē doctorū. hoc asserentiū. possent esse uarie adducemus tamen breuitatis gratia hanc solam iudicio nostro aliarum potissimā. quia corpus glorificatū. nō indiget tanto sanguine: quanto non glorificatū: quoniam non glorificatum corpus. dū est in statu augmenti sanguine indiget. pro augmentatione ipsius facienda augmentatiua uirtute mediante. que uiuenti data est. ut ad quantitātē debitam perducat. quod certe nō posset fieri nisi maior fieret restauratio. q̄ depditio. ea propter corpus tale sanguine indiget. et pro augmentatiōe et nutritione ipsius. Indiget quoq; sanguine arteriali seu uitali qui ad singula membra ipsius sparsus p̄ntia

eius uitam cōseruat in membris arterias fouet. & fit causa ut membra ipsa ad suas operationes exercēdat aptiora reddantur. Cum autē id corpus ut diximus. non glorificatū. peruenit ad statum in quo nec augeatur nec diminuitur. et si sanguine non indigeat. pro eius augmento. eo tamen indiget ob alias causas iam assignatas. ac propter generationis actū. qui est naturalissimus. ex secūdo de anima. quicq; actus fit ex suo p̄ntia alimentis. eoq; individuū perpetuat in specie. **I**n corpore uero iam glorificato. nō opus est sanguine. pro eius nutritione aut augmentatione: neq; propter actum generationis. ut satis liquet doctis in theologia. Sed corpus tale. solum sanguine indiget. ob sui decorē. aut ut mēbra ad eorum opera exercēda apta reddantur. ad que sufficit solus sanguis arterialis seu uitalis qui etiam in minori quātitate. sufficiens est in eo ad predicta q̄ in non glorificato. cum scdm aliquos peritos medicos. sanguis arterialis. in corpore non glorificato. sit non solum deputatus ad exercendum predicta. que opatur in corpore glorificato. sed etiam deputetur ad nutriendum corpus ipsum non glorificatum. seu humidū eius depeditū instaurandū. propter quod in eo exigitur maior quātitas talis sanguinis. q̄ in corpore glorificato. in quo non deputatur ad nutriendū. siue humidū restaurandum. **E**x quibus concludimus q̄ in resurrectione nostra. totus sanguis non resurget. quoniam esset qd̄ superfluū. omnis autem superfluitas. est resecanda in natura. ut theologis et philosophis placet. **Primum**

ergo de eo. s. sanguine resurget quantum decor et perfectio corporum nostrorum resurgendum exposcet. Sic igitur est dicendum de Christo quod uidelicet in eius resurrectione non fuit necessarium. ut totum sanguinem in morte sparsum reassumeret. ¶ Quod potest confirmari ex Augustini sententia in Eucheridion capitulo sexagesimonono. ubi determinat quod capilli et caro resurgent in tanta quantitate quanta sufficit ad corporis decorem et simile de sanguine dicendum est. ¶ Secundo principaliter arguitur quod non fuerit congruum ut dulcissimus noster saluator Iesus. totum eius sanguinem in passione effusum reassumeret. quonia inter ceteras causas. quibus saluator noster piissimus. fuit motus ad instituendum eucharistie sacramentum. hec ex potioribus assignatur: ut nobis. s. sui memoriam: eiusque acerbissime passionis: quam pro nobis subit. ac tanti benefici nobis exhibiti: in effusione sui sanguinis relinqueret que causa colligitur ex dictis Apostoli ad Corinthios scribentis et dicentis. Hoc facite in meam commemorationem que fuerunt in sententia christi uerba cum dixit. Hec quotienscumque feceritis in mei memoriam facietis. Cum autem sacramentum eucharistie iuxta theologorum sententiam fidei misterium ideo nominetur quia ualde est arduum ad credendum. cum aliud sit quod cernitur. et aliud quod creditur. et Christiani multi sint in fide debiles et remissi: ac ex hoc tepidi in deuotione quam tenentur habere circa Christi passionem ac tantum sacramentum institutum a Christo. in huiusmodi passionis memoria: et noster piissimus saluator Iesus.

qui ut nos redimeret et saluaret uenit in hunc mundum. carnem nostram mortalem assumens. cessauerit nunquam talibus remissis in fide ac deuotione exhibere necessaria incitamenta. seu presidia. quibus in fide feruentes ac deuoti effitiantur. Et cum forte nullum memorabile siue euidentius sensibilibus signum sue passionis potuerit talibus. secundum presentem iustitiam exhibere quod particulam aliquam sanguis eius effusi in passione in terris relinqueret. hinc est quod congruum & conueniens fuit ad talium feruentiorem deuotionem et fidem. ac firmiorem memoriam passionis dominice. ut dimitteret in terris particulam aliquam sui sanguinis pretiosissimi. pro nobis in cruce effusi. ¶ Tertio principaliter nostra ueritas sic probatur. Si Christus totum sanguinem in passione effusum resurgendo reassumpsisset. hoc potissimum affirmandum esset propter dictum illud Damasceni communiter allegatum. Quod semel assumpsit nunquam dimisit. quod dictum si affirmaretur uniuersaliter uerum. tunc ex eodem deduceretur Christum resurgendo reassumpsisse totum sanguinem nutrimentalem. quem aliquando habuit: quod esset de directo contra sententiam sancti Thome in suo quinto quolibet. ut liquide patebit. ipsum cuiusque legenti. ¶ Et si responderetur. quod auctoritas illa Damasceni intelligenda est de pertinentibus ad ueritatem humane nature. cuiusmodi fuit sanguis in passione effusus. non autem intelligi debet de his que ad humane nature ueritatem non pertinebant. cuiusmodi fuit sanguis aliquis nutrimentalis effusus. et hoc est quod. uoluit

sanctus Thomas ut ipsi dicunt propterea hec instatia nostra ut aiunt non est contra eos. neque eorum doctorem. **C**ontra quos arguimus sic. Accepto namque sanguine illo. quem affirmant esse de ueritate humane nature. querimus ab eis. aut sanguis ille fertur de ueritate humane nature. quia eam constituit. ut pars. quam dici non potest. cum omne tale ut ex Alberto et aliis fuit superius ostensum sit animatum. quod sanguini non conuenit. ut superius fuit declaratum. aut ob causas alias sanguis talis ab eis asseritur. esse de ueritate humane nature. quarum due potissime possunt assignari. Altera quarum tangitur extra de celebratione missarum ubi hec uerba habentur. **C**um autem ad compositionem humani corporis. quattuor elementa concurrunt uidelicet. terra: aer: ignis: et aqua: et ad uegetationem eiusdem corporis. quattuor humores illis consimiles conueniant. uidelicet sanguis: colera flegma et melancolia: ut ueritatem humani corporis expressius demonstraret. unum ex illis et unum ex istis etc. et loquitur ibi Papa de sanguine et aqua ex uulnere laterali. post Christi mortem effusus. ex quibus appetit quod humores inter quos sanguis primatum tenet corpus humanum non componunt. sed ad ipsius uegetationem operantur. quis igitur imaginari posset sanguinem talem effusum ideo fuisse de ueritate humane nature quia deputatus fuerat a natura ad Christi corporis uegetationem. quam si ab eis diceretur. arguimus contra eos sic. Omnis ille sanguis. qui operatur ad uegetationem humane nature. est de ueritate eiusdem

Sed omnis sanguis nutrimentalis. deputatur ad uegetationem humane nature: Igitur omnis sanguis nutrimentalis. est de ueritate humane nature. contra ea que ipsi affirmant. patet ista consequentia. et quod ab eis affirmanda esset. concessio quod sanguis ille quem dicunt esse de ueritate humane nature. ideo est de ipsius ueritate qui facit ad eius uegetationem. minor uero arguitur sic. quia natura ex cibis comestis. generat totum sanguinem nutrimentalem ut eo corpus nutriatur. siue eius deperditum restitueret. ac corpus augetur. et tandem ut fiat generatio similis in specie. que sunt operationes anime uegetatiue. Totus igitur nutrimentalis sanguis deputatur ad uegetationem. Igitur totus esset responsione illa data de ueritate humane nature. et per consequens totus fuisse in resurrectione a Christo reassumptus. quod est contra sui doctoris opinionem. **S**i uero diceretur quod ideo talis sanguis effusus erat de ueritate humane nature quia in eo existente in corpore uita consistebat iuxta modum loquendi sancti Thome parte tertie questione. xlviii. articulo quinto. ubi ait. quod pretium nostre redemptionis fuit Christi uita: aut sanguis eius: in quo uita consistit. **C**ontra hoc arguimus sic. quia hoc dato. sequitur omnem sanguinem nutrimentalem. esse de ueritate humane nature. quia per eos sic respondentes. Omnis ille sanguis est de ueritate humane nature. in quo uita consistit. Sed in omni sanguine nutrimentali uita consistit: Igitur omnis talis est de ueritate humane nature cuius oppositum ipsi asserunt. minor probatur per

illud quod habetur Leuitici decimosextimo. Sang-
uinem inquit deus uniuerse carnis non comedetis
quia anima carnis. i. uita scdm glosam in sanguine est.
Constat aut hoc precepto fuisse Iudeis prohibitum
esum cuiuscumq; sanguinis nutrimentalis. & non pp-
ter aliud nisi quia in eo uita consistit. que fuerat mior
probanda. ¶ Et si forte diceretur. qd ideo in Christo
aliquis sanguis nutrimentalis. erat de ueritate humane
nature. et aliquis non. quia aliquis in eius resurrecti-
one. erat ab eo reassumendus. ppter quod ordinabat
in humanam naturam. aliquis uero non erat de uer-
tate humane nature. quia non erat ab eo reassumendus
in resurrectione. et sic non habebat talem ordinem ad
humanam naturam reassumendi. s. ad id a quo erat reas-
sumendus. ¶ Contra hanc responsionem arguimus sic.
quoniam ex ea sequitur qd idem est dicere sanguinem
esse de ueritate humane nature et eum in resurrectioe
esse reassumendum et econuerso. Igitur cum queritur.
quare aliquis sanguis nutrimentalis. fuit a Christo in
eius resurrectione reassumendus et aliquis non. respō-
debitur ab eis. quia alter erat de ueritate humane na-
ture. et alius non. qui si iterum interrogentur. quare
magis alter erat de ueritate humane nature qd alius.
respondebunt. quia erat in resurrectione reassumen-
dus. et non alius. Ista autem responsio est ac si dicerent
unus erat reassumendus. quia erat reassumendus. alter
uero non erat reassumendus. quia non erat reassumē-
dus. ex quo idem est esse de ueritate humane nature
et esse reassumendum. et non esse de ueritate humane

nature. et non esse reassumendum. et ita responderet
idem per idem. quod respondere non est sufficienter
respondere. oportebit igitur aliam causam assignare
quare alter eorum sanguinum erat reassumendus. et
alter non. et aliter describere esse de ueritate humane
nature. Nulla autem causa uidetur posse assignari nisi
aliqua trium superius adductarum. et ut patuit qua-
cumq; data sequitur contra eos. ¶ Quarto nostra ue-
ritas sic roboratur. Christus dñs ante sue mortis et
passionis horam. comedit et bibit. Igitur nil prohibuit.
quin in eo generatus fuerit aliquis sanguis nutrime-
ntalis. non pertinens ad ueritatem humane nature. qui
hora mortis sparsus non fuit. postea in resurrectione
reassumptus. patet ista consequentia. ex dictis sancti
Thome quolibeto quinto ubi ait. Et quauis circa ea
que sunt de ueritate humane nature. diuersa sit di-
uersorum opinio. scdm quolibet opinionem non totus
sanguis nutrimentalis. i. qui ex cibis generatur. per-
tinet ad ueritatem humane nature. cum Christus ante
passionem comederit et biberit nil prohibet. in eo
fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem. qui ad uer-
tatem humane nature non pertineret. et quem oporteret
ad corpus eius in resurrectione redire: hec sanctus
Thomas. Consequentia igitur facta ut ex his uerbis
doctoris predicti patet. satis clare deducta est. que
consequentia adhuc magis roboratur. querendo ab
eis. qui se imitatores sancti Thome esse gloriantur.
ex quo per doctorem illum. non totus sanguis nutri-
mentalis. est de ueritate humane nature: sed aliquis

est de ueritate humane nature. sed aliquis sic aliquis: uero non. querimus de quo sanguine nutrimentali intelligit doctor suus: cum dicit eum non esse de ueritate humane nature. et de quo etiam intelligit dum dicit eum esse de ueritate humane nature. cum enim secundum sententiam medicorum peritorum totus humanus sanguis diuidatur in uenalem et arterialem. Venalis autem ab arteriali differat: quia est eo grossior siue spissior. et ex tali sanguine uenali. fiunt secunde humiditates. et per consequens ex eo fit principaliter nutritio. Arterialis uero uenali subtilior. presentia suam uitam in membris conseruat: que membra sui presentia aptiora ad suas operationes exercendas redduntur. propter quod uocatur sanguis cordialis siue uitalis. ex quibus satis rationabile uideatur beatum Thomam per sanguinem nutrimentalem. quem dicit esse de ueritate humane nature. intellexisse sanguinem uitalem. seu arterialem. quo indiget corpus glorificatum. et per sanguinem nutrimentalem quem dicit non esse de ueritate humane nature intellexisse sanguinem uenalem. quo non indiget corpus glorificatum. ¶ Quibus sic statibus arguimus sic. Tempore passionis sacratissime. nostri saluatoris dulcissimi Iesu Christi. in corpore eius non solum fuit sanguis arterialis. sed etiam uenalis. quod declaro ex sententia peritorum medicorum. que etiam satis clara est apud eos qui anothomiam uiderunt. quam et ipse dum Padue legerem propriis luminibus sum intuitus uolunt enim. quod ex cibo et potu deglutitis in prima digestionem. generatur in stomacho chillus: qui chillus

per uenas meseraicas transmittitur ad epa: ibique uirtute epatis conuertitur in sanguinem & in alios tres humores: per secundam digestionem. Hic autem sanguis diuiditur in duas partes principales. Vna quarum per uenam quandam terminatam. ad dextrum cordis mittitur ad dextram partem ipsius. scilicet cordis. ubi magis digeritur & alteratur: et ex eo uirtute cordis. fit sanguis arterialis. qui postea transiens in sinistrum cordis. alteratur ibidem. et ex parte ipsius subtiliori. generatur spiritus uitalis: qui postea missus ad cerebrum ex cerebri complexione. et rete mirabili fiunt ex eo spiritus animales. ¶ Altera uero pars minus subtilis. transit ad arterias. que oriuntur a sinistro cordis et expanditur per totum corpus. siue presentia. uitam in membris conseruat: arterias fouet: efficitque ut membra eius presentia confortata. ad sua exercitia promptiora reddantur. ¶ Altera uero pars huius sanguinis in epate generatur. transit in uenam concauam. & de uena ad uenas. usque ad uenas minutissimas. et ex hoc sanguine. generantur humiditates secunde. ut ros: cambium: gluten: etc. que cum sint nutrientes membra. sanguis talis uenalis est quo ut dictum est humiditates secunde generantur ideo uocatus est nutrimentalis. ¶ Alter autem iam dictus arterialis. scilicet isto subtilior. uocatur cordialis siue uitalis. Constat autem. quod ex quo Christus non multo ante passionem comedit et bibit. in eius stomacho generatus est chillus. et per consequens deposit in ipsius epate generatus est sanguis uenalis. quem nutrimentalem medici appellant: deinde fuit generatus uitalis:

seu arterialis: Omnes autē isti sanguines mortis ipsius et passionis hora fuerūt effusi. que omnia tanto rationabilius asserere possumus. quanto propter acerbitatem passionis: nocturnamque uigiliam: eius digestionis celebratio fuit retardata: Igitur siue alter illorum sanguinum fuerit de ueritate humane nature putat uitalis. et alter non. utputa uenalis. siue econtra. in eius morte fuit sanguis aliquis effusus. qui non fuit de ueritate humane nature: Igitur nec reassumendus a christo saluatore nostro resurgente. ¶ Arguitur insuper principaliter ueritas nostra sic ex Cronica Regum fratrum in quibus ut a fidedignis accepimus. tradit sanguinem illum quem in capella regia. magna cum deuotione populi uenerant. fuisse de sanguine Iesu christi pretioso in cruce effuso. Traditur ibidem etiam modus quo fuit collectus. scilicet & a quo fuerit collectus. et qualiter ad eos peruenit. & denique quod deus omnipotens. ad huius rei confirmationem. miracula plurima per eum operatus est. Non uidimus cronicam: sed hec omnia ut premisimus accepimus a b eis. qui se eam uidisse asseriebant. Quibus sic stantibus arguimus sic. Aut cronica illa fuit illorum regum. aut non: non est dicendum quod non quia eadem facilitate negari posset. quod libri qui Moyse prophetisque ac euangelistis ascribuntur. fuerint sui. Si uero dicatur ut respondendum est. quod cronica illa eorum regum fuerit arguimus tunc sic. Reges illi potissimum primi. de quorum numero nonnulli fuerunt ascripti. sanctorum cathalogo. cum fuerint christiani: uerique diuine legis obseruatores: mendata

maxime detestati sunt. Relinquit igitur quod ea que in Cronica huiusmodi suis posteris reliquerunt. uera fuerunt. propterea firmiter est credendum sanguinem illum quemadmodum et ipsi scripserunt. fuisse de christi sanguine pretioso in eius morte effuso. ¶ Et si ad hoc responderetur. reges illos fuisse deceptos: et tanquam decepti loquuti sunt falsa. credentes tamen se uera referre. propter quod et si falsa retulerint minime tamen mendaces sunt. ¶ Contra hanc responsionem arguimus sic. Quia si reges illi in credulitate illa sua falsa pro ueris credentes. decepti fuerunt. tunc de huiusmodi rebus nullam certitudinem habebant. cum nullus posset esse certus quod falsum sit uerum. Quo stante arguimus sic. asserere dubium esse uerum: aut est mendacium: aut parum a mendatio distans. Reges igitur illi mendacium detestantes. per responsionem datam. decepti non asseruissent siue affirmassent talia in suis cronica. sed sub quadam ambiguitate siue dubitatione. ea retulissent. tanquam horrentes non solum mendacium. sed omnia que a mendatio parum elongantur. neque sanguinem illum. tanta cum reuerentia uenerati fuissent: ac tanta cum diligentia custodiamque seruassent. ¶ Consimile argumentum fieri posset de sanguine qui Rome seruatur in lateranensi ecclesia: qui ab uniuersis populis. tanquam sanguis christi in passione effusus. deuote ueneratur. ¶ Consimilis etiam ratio adduci posset. de sudario in quo christi corpus fuit circumuolutum. cum fuit e cruce depositum. quod est apud duces Sabaudie. magna cum deuotione custoditum: quodque est christi sanguine rubricatum.

¶ Possset etiā et similiter argui de spina. quā fratres predicatorum dicunt Christi sanguine rubricatā. que est Vincentie apud eorum conuentum. qui ob eam causam conuentus sancte corone nominatur. de qua fratres predicti magnam faciūt celebritatē. ¶ Possset et consimiliter argui de multis aliis portionibus sanguinis. ut asseritur in Christi passione effusi: que habentur in aliis compluribus locis. de quibus cronice multe habentur apud eos qui sanguinem talem magna cum ueneratione ac deuotione custodiunt. cuiusmodi sunt illustres Marchiones Mantuani. ¶ Preterea si eorum supradicta responsio data ad nostrū argumentum. uera eēt. periret oīs credulitas. quam habemus erga reliquias sanctorum: que condite sunt Rome & alibi. et sic periret fere omnis deuotio. totius populi Christiani. Quoniā si quis negaret reliquias tales esse illorum sanctorum & adducerentur cronice aliq̄ q̄ positum asserentes. possset is negans respondere. q̄ aut cronice ille. nō essent eorum quibus attribuuntur. aut q̄ illi fuerint decepti in huiusmodi credulitate. et tanq̄ decepti. falsā posteris reliquerunt: quod est satis irrationabile dictum. Non enim credendum est. q̄ reges illi ac domini multeq̄ solennes cōmunitates tam leuiter permiserūt. se deludi et decipi: Neq̄ etiā uerisimile est q̄ tot sancti pōtiffices sustinuissent. ut Rome sanguis ille. tā diu fuisset ab uniuersis populis ueneratus. quia tūc uitio fauissent seu uitium approbassent. non emendādo id quod fuerat emendandū. ac tollerando ut uniuersus populus deciperetur.

Item ueritas nostra p̄batur tali argumenti. aut nulli credendum est de contingentibus. que nō uidemus aut alicui credendū est. non est dicendum primū. quia tunc non crederemus mundum fuisse ante nos. neq̄ quis crederet patri suo asserere se eē gentiofē ipsius ex quibus humana politia magnas inordinationes ac inconueniētia incurreret. Alicui igitur talia contingētia referēt. p̄stāda ē fides. potissimū famosis hoīm ueritatibus. Cum igitur tota Gallia: uniuersitas quidem hominum famosa testetur & affirmet approbetue sanguinem illum. ī capella regia seruātū fuisse de Christi sanguine in passione effuso: ergo debemus hoc et nos credere. absq̄ hesitatione ulla. Insuper cū tot tantiq̄ pontifices tolerarint tolerantq̄ ut populi uniuersi sanguinē illum Rome existētē in lateranēsi ecclesia. tanquā Christi sanguinē in passione effusum fuerint uenerati: uenerenturq̄. et ex hac eorum tolerantia id per consequēs approbauesint: cum ea que ecclesia tolerat: queq̄ ex lege diuina nō sunt prohibita tollerādo uideatur approbare. alioquin. uitio faueret. si talia non comperet. Ideo firmiter credendū est sanguinem illum fuisse de Christi sanguine in passione effuso. ¶ Arguitur item ueritas nostra. hac alia rōe. Deus ut omnibus cōstat. non potest esse falsus testis: quia falsus testis non erit impunitus: Cum ergo omnipotens deus. ut habetur in Cronica illorum regum. mirabilia multa per sanguinē illum fuerit opatus ad testificandū eum esse de Christi uero sanguine effuso. ergo id nos firmiter credere. tenemur. ¶ Arguitur

insuper alio quodam argumento ueritas nostra. Saluator namq; noster Iesus dulcissimus. resurgendo nō reassumpsit pelem seu carnem preputii: quam in circumcissione dimisit: Igitur neq; totum sanguinem in passionē effusum. patet consequentia ex eo quia non minus debuit resurgere caro illa q̄ totus sanguis imo magis: cum caro illa fuerit anīata et non sanguis. antecedens probatur. quoniā ut tradit̄ a magistro scolasticę historie. fertur Angelum carnem illam Carolo magno tulisse. qui eam poluit ī Aquisgranis in ecclesia sanctę Marie. demū carucū fuit translata. **H**oc idem ait Iacobus de uoragine. ex ordie predicatorū et Ianuensium Archiepūs. subiiciens q̄ nunc fertur esse Rome in sancta sanctorū. ubi habentur quidam uersus. hoc attestantes: quod et ecclesia quodam euidenti signo satis clare ostendit: que in die circumcissionis. ordinauit ibidem fieri stationem. Arbitrandū namq; est saluatorem nostrū carnē illam in terris uoluisse dimittere. ut fides simul et deuotio populorū incrementum susciperent: confunderenturq; ex hoc heretici qui dixerunt xpm dñm non ueram corpus. sed fantasticū solum habuisse. et deniq; ut in iudicio uniuersali. increduli et obstinati iudei rubore perfūdantur. dum uidebunt Christam circumcisum. uerū illum esse Messiam in lege promissum. de quo fuerat eis predictum. Suscitabo prophetā de fratribus ur̄is ipsum ut me audite. Et per simile aliquid. de eius sanguine effuso uoluit in terris relinquere: in sue sacratissime passionis. perennem memoriam. ut superius

dicimus. **D**eniq; uero ad confirmationem nostre ultime ueritatis adducitur ecclesie determinatio. sancte namq; mēone Pius ii. Pont. Max. immediatus predecessor tue sanctitatis. ad tollēdam conuentionē que de hac materia inter quosdā uertebat̄. confecit quandam bullam. que est apud fratres minores pro uentie Thuronie. cuius copiā legimus: quā nolimus ad prolixitatē uitādā. huic opusculo inferere. In hac autem bulla Pontifex ille confirmauit articulum uniuersitatis Parisiensis. uidelicet. Non esse repugnans. fidei orthodoxe affirmare redemptorē nostrū aliquid de sanguine in cruce effuso. ob eius passionis memoriā in terris reliquisse. Ex qua bulla sequuntur duo correlaria. Primum quorū tale est. Ille pro heretico est habendus qui pertinaciter asserit fratres minores hereticos esse. ex eo quia asserunt q̄ pietati fidei non repugnat asserere seu affirmare. q̄ xps in resurrectione sua non reassumpsit totum sanguinē in eius passione effusum. hoc correlarium satis patet. quia talis hec pertinaciter asserens. tenet contra bullam preallegatam atq; determinationem Pontificis et ecclesie. **S**ecundum correlarium sic formatur. ille suspectus de heresi est habendus. qui pertinaciter asserit fratres minores esse hereticos pro eo q̄ affirmant. q̄ deitas separata fuit a sanguine Christi. in eius passione effuso. Correlarium istud declaratur. aliqua p̄supponēdo quorū Primum est. Non repugnat pietati fidei. affirmare aliquid de sanguine in cruce effuso. post Christi resurrectionē. in terris remansisse: Hoc in quā suppo-

situm continetur. in bulla domini Pii allegata. Secundum suppositum est tale. quod totus sanguis in passione effusus fuit de ueritate humane nature. Istud pre-suppositum est dictum aduersariorum. propter quod concludunt quod totus ille sanguis a Christo resurgente fuit reassumptus. Tertium suppositum hoc est: quod si portio aliqua talis sanguinis in terris remansisset. non fuisset illi coniuncta diuinitas: hoc etiam aduersarij dicunt et concedunt. quemadmodum dicunt de carne preputi esto quod remanserit in terris. Quartum suppositum tale est. quod in his que sunt eiusdem rationis. non est maior ratio de uno quam de alio. ut colligi potest ex quarto philosophorum. tractatu de loco: quibus sic statibus arguimus sic. Non repugnat pietati fidei. asserere. quod Christus in eius resurrectione non reassumpserit totum sanguinem effusum. Igitur non repugnat pietati fidei. affirmare quod aliquid de sanguine effuso. et ad ueritatem humane nature pertinente remanserit in terris. consequentia patet. ex secundo supposito antecedens uero colligitur. ex primo presupposito. tunc ulterius arguit sic. Non repugnat pietati fidei. asserere et affirmare. quod aliquid de sanguine pertinente ad ueritatem humane nature. remanserit in terris. Igitur non repugnat pietati fidei. affirmare quod deitas fuerit separata in mortis triduo ab aliquo sanguine qui erat de ueritate humane nature. patet ista consequentia ex tertio supposito. Tunc ulterius arguimus sic. Non repugnat pietati fidei. asserere et affirmare. quod in mortis triduo. fuerit diuinitas separata

ab aliquo sanguine. qui erat de ueritate humane nature: Igitur non repugnat fidei pietati affirmare. quod deitas fuerit separata in mortis triduo a toto sanguine. illo effuso. qui erat de ueritate humane nature. hoc patet ex quarto presupposito: Igitur arguendo primo ad ultimum. consequentis intermedus non uariatis. Si non repugnat pietati fidei affirmare. quod Christus in eius resurrectione. non reassumpserit totum sanguinem effusum. sequitur. quod non repugnat pietati fidei asserere et affirmare. quod deitas fuerit separata. a toto sanguine Christi effuso. Sed constat quod pertinaciter asserentes antecedens esse falsum sunt tanquam heretici habendi. contra bullam Pontificis & ecclesie determinationem pertinaciter opinantur. Igitur asserentes consequens esse falsum. sunt etiam tanquam suspecti de heresi habendi tales autem sunt qui ad pauca aspicientes. dicunt fratres minores hereticos. qui affirmant predictum consequens esse uerum: Ergo potius tales. et non fratres minores sunt de heresi accusandi: et ita apparet secundum correlarium nostrum superius positum. Et si opinio opposita adduceret contra nos. certos processus formatos tempore Clementis sexti. Respondeat tales adducuntibus. quod processus illi sunt suspecti. propter multa in eis contenta. Cardinalis namque ille de quo mentionem faciunt fuit de ordine predicatorum. neque in illis appet littera aliqua seu determinatio Pontificis illius. que profecto fratres predicatorum cum Cardinali illo instanter quesiuissent: facillime obtinuissent. si Pontifex ille pro eorum opinione detinuisse. ut satis rationabiliter

quilibet sibi suadere potest. Papa denique Pius preno-
minatus in quodam breui suo transmissio ad fratrem Iaco-
bum de Marchia ordinis minorum dicit quo ad illos
processus hec uerba. Quod uero attinet ad autenticati-
onem istius sententie seu processus. Barchinone celebrati
factam per prelatum illum. cui ea res a nobis commissa
fuit. scias eam non ideo factam. ut per ipsam fides aut
auctoritas adiceretur eiusmodi sententie seu processui.
sed ut testimonium quoddam esset rei geste. hoc est ut
non deperiret. eius facti. qualecunque esset notitia. nec
enim fuit intentionis nostre propter eam commisionem confir-
mare aut approbare sententiam ipsam uel processum. Cum
enim pro parte fratrum predicatorum. nobis fuerit supplica-
tum. ut eas authenticari facere uellemus. negare non
potuimus. quin causam committeremus. Non turbem
ergo cor tuum neque formidet. sed sis animo quieto. ...
Secundo respondeat illis. quod esto adhuc. quod processus illi
fuerit ueri de determinatione. tunc contra uos factus fuerit
Pius tamen pontifex prenomiatus. omnia illa infirmavit
de infirmat. per bullam illam auctoritatis. Ex qua sequuntur duo
illa correlaria. scilicet per nos deducta. scilicet per confirmati-
one nostre opinionis. de destructione opinionis opposite.

Argumeta contra ueritatem ultimam

per nos aductam et probatam

Sed contra istam nostram Octavam ueritatem. possent
aduersari aliquibus argumentis istare. Primum
adducendo Paulum ad Philippenses tertio dicentem.

Reformabit corpus humilitatis nostre. configuratum corpori
claritatis sue. Constat autem quod in resurrectione nostra
omnia resurgent que fuerunt de ueritate humane na-
ture. Igitur totus Christi sanguis in passione effusus cum Christo
resurrexit. Ad quos respondemus. auctoritatem illam
potius nobis fauere quam aduersari. propterea dicimus. quod
ea que fuerunt. de ueritate humane nature. proprie. ut
fuerunt partes principales. scilicet ea que fuerunt de uer-
tate humane nature primo et secundo modis superius
positis. illa quidem tota resurgent in Christo sur-
rexit. que autem fuerunt de ueritate humane na-
ture. tertio aut quarto modo. non opus est ut totaliter
resurgant. sed solum in ea quantitate. quam requi-
rit decor corporis glorificati. non enim necesse est
quod quilibet pars abscisa a capillis aut barba siue ungui-
bus resurgat. quoniam id causaret quendam inlezen-
tiam in corpore glorificato. sufficit ergo ut hec res-
surgant in ea quantitate qua in eis requiritur pulchri-
tudo seu decor glorificati corporis. et quia sanguis
ut ex superioribus patet. est de ueritate humane na-
ture. tertio modo. Ideo non fuit necessarium. ut in re-
surrectione totus a Christo reassumeretur. sed fuisse
tantus quantus sufficiebat. ad eius corporis decorum.
Et quia ut fuit dictum. corpus glorificatum non indi-
get tanto sanguine. quanto non glorificatum. ideo totus
ille sanguis qui presens in corpore non glorificato. non
necessario exigit ad decorum glorificati corporis. sed in
minori quantitate sufficit pro eius decoro. Igitur et fuit
dictum. non necessarium fuit. ut totus sanguis in passione

effusus. cū Christo resurgeret. sed suffecit ut solum
sanguis vitalis reassumeretur. esto q̄ solus sanguis vi-
talis fuerit sufficiens pro Christi corporis iam glori-
ficati decoro. Quemadmodū rationabiliter opinari
possumus ex superius dictis. Sanguis autē nutriti-
vialis seu aliquę eius portiones potuerūt remansisse ī
terris. Consimiliter et aliqua particula sanguis vitalis
cum ut fuit dictū Corpus gloriosum. pauori vitali
sanguine indigeat. q̄ nō gloriosum. Pariformiter neq̄
necessariū est. ut in resurrectione nostra. sicut nec ī
resurrectione xp̄i. tota caro que per actionem caloris
naturalis defluxit. resurgat: quia tunc corpus glorio-
sum resurgeret ualde difforme. esset enī aut nimū
densum siue depressum aut nimis magnum. secundū
eius dimensiones quantitativas. Resurget igitur caro
in ea quantitate que facit ad gloriosi corporis deco-
rem. quemadmodū et in Christo resurrexit. Que oīa
faciliter colligi possunt ex Augustino in Enchiridionē
Et si argueretur item contra nos. ex auctoritate sal-
uatoris dicentis. Capillus de capite uestro nō peribit.
Respondemus xp̄m intellexisse de his solum que
facient ad decorem corporis gloriosi. nō autē de aliis.
Secundo possent nostram sententiam aduersarii im-
pugnare hac ratione. Quoniam xp̄i sanguis effusus
nominatus est sacer iuxta illud. Quem factorem p̄
unxit ductus agnū corpe et c̄. Igitur fuit de ueritate
humane nature. et per consequēs reassumptus. Ad
quos respondemus. q̄ ideo sacer uocatus est. ut supe-
rius declarauimus. quia effluxit ex Christi corpore

sacratissimo. in quo dum actu existebat. deitati unie-
batur. Preterea concessio adhuc tanq̄ uero. q̄ totus
ille sanguis fuerit de ueritate humane nature. hoc de-
bet intelligi tertio modo. sumendo esse de ueritate
humane nature. modi autē fuerunt superius positi.
et declarati. Idcirco nō oportuit q̄ fuerit totus re-
assumptus. sicut fuisset expediens. dato q̄ fuisset de
ueritate humane nature. primis duobus modis. sed
solum suffecit q̄ resurrexit in tanta quantitate. quā
tum exposcebat decor. seu perfectio. corporis glori-
osi. Vterius arguunt contra nos aduersarii sic ex
dicto Damasceni dicētis. Quod semel assumptis nūq̄
dimisit. Ad quos dicimus Damascenū intellexisse
de principaliter assumptis non autē de coassumptis.
cuiusmodi fuit sanguis. Non fuit ergo necessarium.
q̄ totus reassumeretur. sicut nec secundum eos totus
sanguis nutritiualis fuit reassumptus et si in xp̄i
corpe fuerit deitati unitus. Quarto arguūt cōtra
ueritatem nostram tali modo. Christus passus est in
perfectissima etate in qua ea que sunt in homīe maxi-
me pertinent ad ueritatē humane nature. Igitur totus
sanguis effusus in Christi passione ad ueritatē hūane
nature ptinebat. et per consequēs dum xp̄s surrexit
etiam totus sanguis ille resurrexit. Ad quos respō-
demus. q̄ concessio quē admodum et concedimus. q̄
totus sanguis ille effusus esset de ueritate hūane na-
ture. tertio. s. modo. nō fuit tamē necessariū. ut totus
resurgeret. Quoniam ut fuit declaratū superius corpus
gloriosum non indiget tanta sanguis quantitate quā

nō gloriosum unde sicut in aliis hominibus. in ea etate
decidentibus. in qua mortuus est Christus. non erit
necesse. ut in eorum resurrectione totum sanguinem reassu-
mant: sed tantum precise quantum sufficit ad corpus
suorum decorem: qui decor nō indiget. tanta illius
sanguinis quantitate. quanta indigebat decor. simul
& nutritio ac generativa uirtus eorum corporum. dum
nō erant gloriosa sic etiam dicendum est de Christo
Uterius arguunt aduersantes contra predicta sic
si sanctorum martirum partes. in quibus pro Christo
passionem sustinuerunt quendam privilegiatum fulgorem
habebunt in resurrectione. secundum Augustinum
uicesimo primo de Ciuitate dei. Multo igitur magis
Christi sanguis. quem pro salute generis humani ef-
fudit ad resurrectionem gloriosam fuit reparatus.
Ad quos respondemus. negando simpliciter istam con-
sequentiam. sicut nō sequitur accepto eodem antecedente
ergo totus sanguis quem martires in eorum passione.
pro Christo fuderunt. in eorum resurrectione reassu-
merent. consequens enim non est necessarium ut patet
ex dictis. sed sufficit quod tantus resurgat. quantum fatiet
pro eorum corporum decore et perfectione. **S**imi-
liter dato ut probatum est. quod Christus in eius passione.
ultra sanguinem uitalem effuderit & nutrimentalem
patet quod nō sequitur. etiam secundum eos. sumpto illo
antecedente suo: igitur totus ille sanguis effusus ad
gloriosam resurrectionem reparatus est. consequens
enim ab eis non concederetur. quia ut dicunt non fuit
necesse ut Christus totum sanguinem nutrimentalem

reassumeret. Dicimus igitur quod ex antecedente illo. necesse
posset deduci hoc consequens. uidelicet. quod tantus san-
guis a Christo effusus. reparatus est ad gloriosam re-
surrectionem. quanto Christi corpus gloriosam pro-
eius decore. et perfectione indigebat. nec oportuit ut
totus sanguis effusus ad talem resurrectionem fuerit
reparatus. quemadmodum continget in martiribus. qui
et si exposuerint pro Christo totum corpus mortu-
et passioni. non tamen habebunt privilegiatum illum
fulgorem in toto corpore siue in quacunque parte. compis-
ita et de sanguine Christi dicendum est: quod et si totus
fuerit effusus. pro humani generis salute. non tamen
secundum quamlibet sui partem. fuit ad gloriosam resur-
rectionem reparatus. Sed precise secundum aliquam de-
terminatam partem. ut puta secundum illam. que require-
batur necessario. et sufficiebat ad corpus Christi de-
corem & pulchritudinem. **S**exto ueritatem nostram
aduersari tali argumento nituntur oppugnare. Christi
enim sanguis effusus ut dicunt iuxta Apostolum ad
Hebræos. sanctificauit humanum genus. Constat autem
quod id sibi conuenire. non potuit. nisi ob unionem quam
habebat cum diuinitate. igitur ab eo effuso deitas non
fuit seuerata et per consequens Christus resurgens. ipsum
totum sanguinem reassumpsit. **A**d quos responde-
mus. concessio adhuc quod sanguis sanctificauerit. id tamen
sibi non infuit tantum principali agenti. quia illud fuit
trinitas unus deus. neque tantum cause. merito. quia
illa fuit Christi humanitas. sed id ei conuenit. quasi in-
strumento a deitate coassumpto. aut sicut premio quod

et minus principali. ad cuius totalem effusionem xpi mors fuit sequuta. in qua solutum est pretium. quod et principale redemptionis humane. ut puta xpi uita que ut nobis Apostolus innueret. non dixit in auctoritate ab aduersariis allegata. Sanguinem Christi sanctificasse populum: sed solum Iesum per sanguinem suum populum sanctificasse. Non fuit autem necessarium ut semper deitas tali pretio quo siue sanctificationis instrumento uniretur. sed pro illo tempore solum. pro quo coniungebatur actu Christi corpore. aut pro instanti illo quo cepit effundi. & in pretium dari. Et hec responsio confirmat Quoniam ut superius probauimus Christus in morte effudit aliquem sanguinem nutrimentalem et uenalem. et secundum eos tali sanguini nutrimentali. quia in resurrectione reassumendus non erat. non fuit coniuncta diuinitas et tamen ex Apostoli auctoritate accepta. ut ipsi eam intelligunt. fuisse necessarium dicere. quod talis sanguis sanctificasset genus humanum. eo quia fuit in xpi passione effusus uniuersus fuisse diuinitati. et in resurrectione a xpo reassumptus: quod ipsi non habent dicere si bene aduertant ad dicta sancti Thome superius adducta. **¶** Vltimus adducunt contra nos aduersarii Christi auctoritatem dicentes. Et ego dum exaltatus fuero a terra. omnia traham ad meipsum: Igitur totum sanguinem in passione effusum. resurgendo reassumpsi. **¶** Ad quos respondemus quod si auctoritas ista sumatur iuxta sanctorum declarationem et intelligentiam. ex ea non sequitur id quod aduersarii dicunt. sancti namque doctores

dictum illud uariis modis declarant. et primo sic. Omnia de integritate nature animam. scilicet et corpus. ut nec capillus pereat. et secundum hanc expositionem. dicimus quod quemadmodum Christus in eius resurrectione reassumpsit capillos quantum ad numerum et quantitatem convenientem decori et pulchritudini corporis ipsius sic et de sanguine dicendum est cum quo stat quod particulam aliquam eiusdem in terris dimiserit. **¶** Aliter ab alius auctoritas predicta exponitur. Omnia. scilicet predestinata. de quibus nihil perit. Ex hac autem auctoritate sic exposita. minime sequitur quod inferebant. Alii uero id Christi dictum sic declarant. omnia. scilicet genera hominum de quibus eicietur. Diabolus itaque quod si omnia distribuat. pro generibus singulorum. et non pro singulis generum et secundum hanc expositionem. non sequitur etiam illud consequens. Sed ulterius arguunt aduersarii sic. Si Christus aliquid de sanguine in passione effuso. dimisisset in terris tunc queritur. quid de eo fiet. in fine seculorum. utrum reassumetur uel ne. **¶** Ad quos dicimus. quod eadem petitio fieri posset ab eis de sanguine effuso in xpi circumcisione aut sanguine nutrimentali de quo non dubitant. quin possibile fuerit. ut in terris fuerit relictus et illam responsionem quam dabunt ad quesitum nostrum dabimus ad suum. Respondemus ideo et pro eis et pro nobis. quod in fine seculi sanguis forte ille resoluetur in preiacentem materiam aut de eo aliter deus disponet iuxta sue beneplacitum uoluntatis. Et quia hec nobis sunt occulta. bonum ideo est ut ea

sicut debemus deo relinquamus. **U**enique arguunt
contra nos aduersarii. adducentes sententiam sancti
Thome in quinto suo quolibeto. ubi uidetur oppositam
opinionem affirmare. **A**d quos et si aliqui respon-
deant negando conclusionem illius sancti: cum eius
doctrina ut dicunt non sit per ecclesiam approbata.
Nos tamen illius uiri sancti. et uite et doctrine quod plu-
rimum deferentes. aliter respondemus. quod sanctus
uidelicet iste doctor. imaginatus est. quod totus sanguis
effusus in passione. esset necessarius. ad decorem et
perfectionem Christi corpori gloriosi. Quod si uerum
esset conclusio sancti Thome uera esset: que semper in-
telligenda est. illo supposito dato: quam etiam conclusio-
nem illo concessio et nos fatemur: sed quia alius doc-
toribus. aliter uisum est. ut superius extitit declaratum
Idcirco in oppositam opinionem inciderunt: cui etiam
et sanctus Thomas adbereret. illo supposito eorum
doctorum concessio. ut colligi potest ex quinto suo
quolibeto. ubi ait. Et quamuis circa ea que sunt de ue-
ritate humane nature. sit diuersa. diuersorum opinio.
secundum quamlibet opinionem. non totus sanguis
nutrimentalis. id est. qui ex cibis generatur: pertinet ad
ueritatem humane nature: cum Christus ante passio-
nem comederit & biberit: nihil prohibet in eo fuisse
aliquem sanguinem nutrimentalem. qui ad ueritatem
humane nature non pertineret et quem oporteret ad
corpus eius in resurrectione redire. hec ille. **E**t quia
supposita illa occulta sunt. et per consequens dubia.
ideo et quelibet earum opinio est ambigua. quia pro

nulla earum habetur aliqua demonstratio: aut aucto-
ritas uergens. quoniam si fuisset aliqua talis. illa quidem
non fuisset ignota doctoribus illis: et sic non fuissent
discrepantes. sed magis conuenientes. **T**emporarium
igitur est dicere aliquam earum opinionum esse falsam
et hereticam. et alteram ueram: fideique consentaneam
sed magis depositis passionibus. unaqueque pars debet
opinionem suam tanquam probabilem charitatiue affir-
mare et sustinere. Alteram non uituperando. **D**oc-
toribus autem utriusque partis gratias ingentes habere
debemus. ipsosque extollere et uenerari. cum dederint
nobis uiam amplam speculandi. **A**d laudem et glo-
riam nostri dulcissimi Iesu Christi: qui pro nostra salute
sanguinem eius pretiosissimum in ligno crucis. effun-
dere dignatus est. **S**i quid autem in premissis erro-
neum dixissemus: id cassamus: reuocamus: & annullamus
subiicientes nos semper simul et hoc opusculum cor-
rectioni. S. D. N. Pauli. II: ad quem spectat in fide de-
linquentes corrigere. et ad uiam ueritatis redire.

*M. D. Orzj Petrus
S. D. N. Pauli*